Sezione Magliabechiana
Biblioteca Nazionale Centrale Firenze
Mss
Magl.
Classe
XXII
Codice
22
Provenienza
Strozzi f.o N.o 372

Cl. XXII. 22

XXII . 22

N° 372

Liber Compliti et Calendarij, et pertinentium ad illa, nempe de signis Celest: a car. 1
Profesie del B. Giouachino con disegni a car. 45
Genealogia Iesu Christi a 61
De Ludo scaccorum a 69
Descriptio Ducum et principum Venetiarum usque ad annum 1423 a 92
Descriptio Terre Sante fratris Borgardi de Monte Sion a 107
Arbor amoris, et tractatus de eodem arbore a 124
De statu et Causis, presentis Schismatis, fratris Teofori a 129

in Cartapecora

Del Sen.re Carlo di Tommaso Strozzi
1670

N° 372 Cod. D 22

[illegible]

III

Iste liber est Magnifici & clarissimi Domini Laurency lauredano q. magn[ifi]ci d[omi]ni Marci lauredano

Incipit liber computi et kalendarii et pertinentium ad illa. preclarum liber est et clericis et laycis discretis et virtuosis necessarius valde.

Quoniam sicut ait beatus Augustinus sacerdotes computum scire tenentur. Alioquin vix in eis sacerdotis nomen constabit. sub quo volo notitia cursus temporis lune ac kalendarii intelligimus. Qui computus est scientia certificandi tempus secundum solis et lune progressum. Ideo circa ad simpliciorum sacerdotum instructionem in hoc libro de hoc aliqua claro compendio perstringemus prout ad usum ecclesie dispositio temporis pertinere. De aut computus a computo, tus, quia in ipso computando procedimus non quia in ipso computare docemur. Et est duplex computus. s. astronomicus seu philosophicus et vulgaris sive ecclesiasticus. Sed de astronomico nil ad presens. Vulgaris computus est scientia distinguendi temporis ratione certa sive scientia temporis distinctiva secundum ecclesie usum. Tempus vero prout hic sumitur est secundum Tullium quedam quantitas anni mensium dierum etc. sive alterius spacii. Vel tempus est mora motus rerum variabilium. Cuius partes decem esse dicit. s. Annus. Mensis. Septimana. Dies. Quadrans. hora. punctum. Momentum. Uncia. et Athomus. Annus continet .xii. menses. et .lii. septimanas et diem unam. et .ccclxv. dies et sex horas. Mensis continet quatuor septimanas vel paulo plus. Septimana .vii. dies. Dies quatuor quadrantes. Quadrans sex horas. Hora quatuor puncta. Punctum .x. momenta. Momentum .xii. uncias. Uncia .xlvii. athomos. Athomus indivisibilis est. Nam thomos grece divisio latine. Unde athomus grece indivisio latine. Annus est solaris fere. duodecima pars est mensis. Septimana non est fere quarta pars mensis. Dies naturalis septima pars septimane. Quadrans quarta pars diei naturalis. Hora sexta pars quadrantis. Punctum quarta pars hore. Momentum decima pars puncti. Uncia est duodecima pars momenti. Athomus est quadragesima septima pars uncie. Est etiam alia temporalis divisio. Per cicium. per lustra. per seculum. per lustrum. per olimpiadem. Et per indictionem de quibus infra dicetur. Ceterum circa ista tempora annorum sive triplex est annus. s. Solaris. Lunaris. et Magnus. de quibus prout dimus in hoc libro tractare. qui duas principaliter habet partes. In quarum prima agitur de anno solari et magno. In secunda de lunari.

Prima pars de anno solari incipit.

In hac prima huius operis parte de anno solari tractatur quod in quatuor dividitur particulas. In quarum prima distinguitur.

Quid sit annus	i
De initio anni	ii
De multiplici anno	iii
De duodecim signis	iiii
De bixesto	v
De equatione anni partibus	v
De terminis illorum	v i
De solsticiis	v ii
De equinoctiis	viii
De magno anno	x
De era	x
De olimpiade	x i
De lustro	x ii
De cicle	x iii
De seculo	x v
De evo	x v i

In secunda vero parte agitur

De mense	x v i
De kalendis	x v ii
De nonis	x viii
De idibus	xx
Unde nostri dies denominentur	xx i
De diebus egiptiacis	xx i
De diebus canicularibus	xx ii

In tertia autem parte tractatur

De septimana	xx iii
Quod sit littera dominicalis et quomodo invenitur	xxv
Quomodo die septimane quilibet mensis incipiat	xxv
De litteris dominicalibus	xx vi
De regularibus solaribus	xx viii
De concurrentibus	xx viii
De indictione	xxx

In quarta demum parte distribuitur

De die	xxx i

BIBLIOTECA NAZIONALE 1883

De momento ------ xxxii.
De hora ------ xxxiii.

Quid sit annus solaris -- i.

Annus est solis anfractus cum pactis circuitis sexagi taquinque diebus ad eadem loca siderum reditus. Dicitur ergo annus quia mensibus in se recurrentibus volvitur. Ab an. quod est circum, et eo. is. quasi circulariter rediens. Unde annus dicitur quasi anulus eo quod in se redit. Unde Virgilius Atque in se sua per vestigia volvitur annus. Et per ante inventas litteras sic apud egiptios annus indicabatur. Pingebant enim draconem caudam suam mordentem, quia in se recurrit. Et sic adhuc a quibusdam figuratur. Alii annum ab innovatione dicunt, semper enim renovatur. Quando incipit annus -- ii.

Annus secundum diversos diversa habet initia. Quia arabes et egipti illum inchoant post solstitium estivale, scilicet a septembri pro eo quod legitur arbores in principio mundi fructum habuisse. Quia ergo hec in septembri contingit, putant tunc mundum factum fuisse. Ideoque ibi incipiunt annum. Numa vero pompilius romanorum annum a ianuario inchoavit pro eo quod tunc vel paulo ante sol nobis incipit appropinquare. Iudei a marcio incipiunt quia in eo conditus est mundus et ideo dicitur quod decima octava dies eius est prima dies seculi. quod omnes quo ad aliqua computiste mutantur. Ipsi namque a septembri incipiunt regulares lunares et embolismos et epactas et omnes annos lunares. A ianuario vero incipiunt aureum numerum et quasdam litteras dominicales. A marcio regulares solares et concurrentes et quasdam litteras dominicales prout in sua parte apparebit. Sane quidam moderni ob reverentiam salvatoris computant annos a nativitate eius. Alii vero ab eius incarnatione, id est a conceptione beate marie, quando illa dixit: Ecce ancilla domini et cetera. Statim enim fuit Christus homo et plenus spiritu sancto.

De multiplici anno -- iii.

Annorum alius est naturalis. Alius usualis. Alius legitimus. Alius emergens. Alius solaris. Alius magnus. Alius olimpias. Alius lustralis. Alius indictionalis. Alius iubileus. Alius longevitatis. Alius eternitatis et similia. Annus naturalis est cum luna soli supponitur unde sol eclipsim patitur. Usualis sive civilis est ille qui secundum usum hominum sumit initium, videlicet a ianuario usque ad sequentem ianuarium. Legitimus sive cerimonialis est qui computatur secundum lunationes ab aprili usque ad aprilem. Aprilis enim est primus mensis apud hebreos. Emergens est in quo aliquid magnum incidit vel alicui contingit a quo fit in illius memoriam annum incipit computare scilicet a quo ius dicit. Annus solaris est spacium quo sol circuit xii signa zodiaci, que circuitus fuit ut premissum est in ccclxv diebus et fere sex horis. Fere dixi propter quedam momenta que adsunt sicut infra dicentur. Hee autem sex hore de quarto in quartum annum faciunt unam diem naturalem bisextilem. Annus iste communis est omnibus gentibus et incipit qualibet die et qualibet die finitur transactis predictis diebus. Et iste potest dici annus naturalis. De xii signis -- iiii.

Signa vero predicta sunt ista scilicet Aries. Thaurus. Gemini. Cancer. Leo. Virgo. Libra. Scorpius. Sagitarius. Capricornus. Aquarius et Piscis. Unde versus.

Hec sunt signa poli que semper sunt via soli.
Est aries thaurus gemini cancer leo virgo
Libra que scorpio chiron capricornus urnula piscis.

Et nota quod celi habitacio sunt circulorum distincta coronis. Zone autem ipse sunt quinque, que ideo zone vel circuli appellantur quia quasi in circumductione spere existunt. Zodiacus autem circulus est qui ex lineis quinque angulis ex una linea constat. Dicitur a zodia quod grece dicitur animal sive signa latine. Inde zodiacus dicitur animal seu signifer circulus, ex eo quod in medio firmamenti sunt xii signa per transversum posita equaliter per circulum distincta quo formis nobis animalium designantur, vel quia sol intrans in illa proprietatem animalium quodammodo sortitur. Vel quia stellarum signum disposite sunt animalium in signis. Signum autem dicitur duodecima pars zodiaci. Sol quidem intrat in aliquo de predictis signis quolibet mense in xv kal. secundum ecclesiam. Unde in marcio intrat in arietem xv kl. aprilis. In aprili intrat in thaurum xv kl. maii. Et sic per ordinem mensium et signorum.

Aries

Primum igitur signum est aries in marcio in quo sol dicitur esse factus, in quo est sol circa principia veris. Sic dictus quia sicut aries est animal retro debile habens ante aliquid robur, sic posterma solis illo tempore debilia sunt frigore eius fortitudinem minuente. Anteriora vero que estate respiciunt aliquid fortitudinis id est caloris habent. Vel quia sicut aries in hieme cubat in latere sinistro, in vere incipit cubare in dextro, sic sol in illo tempore moratur in sinistro latere firmamenti scilicet in meridie, tunc vero intrat latus dextrum scilicet aquilonem. Antiqui hoc signum propter amorem iovis vocaverunt, cuius capite consimulacra faciunt arietis cornua affigunt. Intrat enim arietem sol xviii mensis marcii.

Thaurus

Secundum signum est thaurus sic dictum quia sicut thaurus fortior est a retro sic fortior et efficatior est sol in illo tempore quo ad nos quam in tempore precedenti. Verumtamen ante est efficatior quam post sicut thaurus ante fortior est quam a retro. Antiqui ideo thaurum inter sidera in honorem iovis collocaverunt quia ille fabulose dicitur in bovem conversus quando europam transvexerit. Intrat sol thaurum xviii mensis aprilis.

Gemini

Tertium gemini sic dictum quia illo tempore vis solis geminatur. Incipit enim esse calidus et siccus effective. Vel quia tunc precipue res geminantur id est multiplicantur. Arietes etiam et animalia fetus producunt. Vel propter geminos scilicet duos gradus quibus sub illo signo magis quam sub alio sol elevatur a terra. Antiqui autem hoc signum gemini vocaverunt propter castorem et pollucem quos post mortem inter notissima sidera constituerunt. Intrat sol signum gemini xviii mensis madii.

Cancer

Quartum cancer sic dictum quia cancer est animal retrogradiens et sol tunc retrogreditur discedens a nobis cum prius appropinquavit nobis. Intrat sol cancri xviii mensis iunii.

Leo

Quintum leo sic dictum quia leo est animal ca-
lidum et semper febricitans, sic et tempus illud
calidum est et generans febres. Fingunt
quod Hercules leonem fortissimum in Grecia
occidit. ideo propter virtutem suam hunc
inter duodecim signa constituerunt. Intrat
sol leonem .xvij. mensis Julii. Virgo.

Sextum est virgo quia sicut virgo ni-
chil generat, sic tempus illud sterile ni-
chil novum generat. Sed tamen matu-
rescere facit. Est enim tempus canicu-
larium dierum. Intrat sol in virgine
.xvij. augusti. Libra.

[illegible] Scorpius. [illegible]

Septimum libra sic dictum ab equalita-
te mensis illius quia sole ibidem exi-
stente dies et nox eque ponderata
est quia tunc est equinoctium autum-
nale. Intrat sol libram .xvij. mensis
septembris. Scorpius.

Octavum scorpius. Sicut enim scorpius
venenosus est et pungit, sic et tempus
illud morbosum est propter inequali-

tatem aeris. Est enim mane frigus pro-
pter [illegible] et in meridie calor vehemens. Intrat
sol hoc signum .xvij. mensis octobris.
Sagittarius.

Nonum sagittarius sic dictum quia venatio
que plerumque fit per sagittarios tunc exer-
cetur vel propter fulgura que tunc sepe
cadunt, que velut sagitte videntur.
Sol intrat sagittarium .xvij. mensis
novembris. Capricornus.

Decimum capricornus. Sic enim capricornus
in abruptis montibus sive in excelsis pre-
cipiciis pascitur, tunc sol est in altissimo
gradu versus meridiem. Vel sic capri-
cornus motu solet [illegible] solet ascen-
dere, sic sol tunc ad nos ascendere incipit.
Rursus antiqui capricornum signum
inter sidera fixerunt propter caput Jovis
nutricum, cuius posteriorem partem corporis
in piscis effigiem formaverunt ut
pluvias designarent quas plerumque
idem mensis extremus solet habere.
Intrat sol hoc signum .xvij. decembris.
Aquarius.

Undecimum signum est aquarius sic dictum
quia tunc tempus aquis et ventis ha-
bundat. Intrat sol hoc signum aqua-
rii .xvij. mensis Januarii. Pisces.

Duodecimum est pisces, quia sicut pisces est
animal aquaticum, sic et tempus illud per
multas pluvias aquaticum est. Vel
quia tunc aquis resolutis est tempus piscatio-
nis. Intrat sol hoc signum pisces
.xv. febr. Verum licet sic patet
ex premissis signa equalia sint
sicut patet per astronomos, calenda-
ria illa non ponunt equalia. Nam quia
plures dies sunt in uno signo quam in alio,
cum unius mensis plures dies habeat quam
alius. Unde plures erunt gradus unius
signi quam alterius. Gradus enim dicitur spaci-
um quod sol motu suo transit in zo-
diaco die naturali. Et etiam dicitur faci-
lem scire potest quoto gradu alicuius signi
sit sol quolibet die. De bixesto.

Porro dies bixestilis, de qua dic-
tum est de bixestilis secundum phi-
losophos est ex bisse momen-
torum collecta, quod sic poterit
comprehendi. Sol enim in quolibet signo
moratur .xxx. diebus et .xxx. decem
bus horarum et .xxx. bisse momentorum.
Et decem est tertia pars alicuius rei
constituentis ex tribus partibus. Bisse vero
sunt due partes. Si multiplicaveris duo-
decies .xxx. dies habemus .ccclx. di-
es. Triginta decem horarum constituunt
x horas que multiplicate duodeci-
es faciunt quinque dies. Triginta
bisse momentorum continent .xx. mome-
nta, vel duo puncta. Si multiplica-
veris duodecies duobus punctis habemus
sex horas ex bisse momentorum collec-
tis, que de quarto in quartum annum
constituunt unum diem que dicitur bisextilis.
Rursus secundum Ysidorum per singulos
annos crescit pars quarta assis. At
ubi quarto anno assis completus fuerit

bisextum unum facit. Ideo per quatuor
annos unus dies bisextilis adiectus
est. Dictus est autem secundum eum bisextus
quia bis septies ductus .xxiiij. facit quod
est unus dies. In quo autem anno ka-
lendarii poni debeat illa dies his
versibus sequentibus continetur.
Bixestum sexte martis tenuere kalende
Posteriore die celebrantur festa [illegible]
Hic est dicere quod in illa litera ubi dicitur
in kalendario .vj. kl. marcii debet poni
dies bisextilis et tunc stamus sive sede-
mus duobus diebus super illa litera.
Et festum sancti Mathie quod debet illa
die celebrari celebratur tamen in sequenti.
Ita tamen quod inter ipsum festum duplicium
nullum sit medium. Non interest
tamen utrum ipsum festum in prima vel secunda
die [illegible] duarum celebretur secundum re-
gionis illius consuetudo servetur. Vide-
tur die que a sexto non marcii usque
in diem kl. Januarii [illegible]
bixestus apponitur atque inde deb-
itur. Sicut volumus scire quando sit
annus bisextilis debemus dividere
annos domini per quatuor et si possu-
mus nullus superaverit tunc erunt in
anno bisextili. Si autem aliquis
numerus remanserit tunc non erit bisextus [illegible]
Anni divisi domini [illegible]
Monstrant bixestum [illegible]
Hoc autem verum est secundum illos qui dividunt
annos domini incipiendo a nativitate vel
a Januario et non secundum illos qui incipi-
unt ab incarnatione. Alia et doctri-
na ad inveniendum bixestum ponetur
infra ubi de concurrentibus agetur.
De quatuor temporibus anni [illegible]

Tempora sive partes anni so-
laris sunt quatuor scilicet ver.
Estas autumpnus et hiemps.
Dicta sunt autem tempora a commi-
nis temperamento, eo quod invicem se
humore siccitate calore et frigore con-
temperant. Hec et circuli dicuntur
quia non stant sed currunt. Ver dic-
tum est quia viret. Estas dicitur ab estu
id est calore. Inde estas quasi usta et arida.
Autumpnus a tempestate vocatur
quia et folia cadunt et omnia maturescunt.
Hiemps dicitur ratione emispe-
rii quia tunc sol circulo volvitur breviori.

Vnde et hoc tempus bruma dr quasi
brachim .i. breuis vel a cibo qr tunc
maior e vescendi appetitus. Bruma
enim grece edacitas appellat latine.
Principia autem partium anni sin-
gulariz hiis versibus continentur.

Festuz clementis hiemis caput orientis
Cedit hiemps retro cathedrato simone petro
Ver fugat vrbani estate simphoriani
Festubique restat autumpni tpa festat.

Hoc est dicere festum clementis quod e
viij. kl. decebr e principium hiemis et
durat vsqz ad festum cathedre sci pet.
Tunc incipit ver et illud festuz e. viij.
kl. marcij. Et ver durat vsqz ad fe-
stum sci vrbani qd est. viij. kl. Junij.
Tunc incipit estas et durat vsqz ad
festum sci simphoriani qd est. viij.
kl. septebr. Tunc incipit autumpnus
et durat usqz ad festuz sci clementis
in quo incipit hiemps.

De ieiunijs quatuor tpor. viij.

In hijs quatuor tpibus anni qua-
tuor triduana ieiunia quatu-
or tpor appellant. Ieiuni-
uz veris est in pa septimana xle. s. in
quarta feria post cines. Ieiunium
estatis e in pa die mercurii post pente-
costen. Ieiunium autumpni e in tria
die mercurii septebr. s. in quarta feria
post festum sce crucis. Ieiunium hie-
mis e in quarta feria post festum
sancte lucie virginis et m. Vnde versus.

Vult crux lucia cinis karismata dia
Vt det vota pia quarta sequens feria.

Fiunt aut hec ieiunia in quarta feria
qr in quarta feria xpus a iudeis tradi-
tus fuit. Et in sexta feria qr in cru-
ce crucifixus fuit. Et in sabbato quia
tunc aplor tristiciam de morte salua-
toris representamus. Nam et si compa-
timur et conregnabimus. Aduentus
aut dni celebratur prima dnica post
festum sci andree apli. qd festum
celebratur die vltimo mis nouebr.

De solsticijs ---- viij.

Ad huc in anno solari contingit
duo solsticia et duo equinoc-
tia. Solsticia in estate et in
hieme. Equinoctia in vere et in autu-
pno. Est aut solsticium maxima in-
equalitas diei et noctis siue ingres-
sus solis in capricornum siue in cancru.
Et dr solsticium quasi solis statio
eo q tunc sole stante crescit dies vel
noctes. De equinoctijs. viij.

Equinoctium est maxima diei
et noctis equalitas qr tunc
equali spatio horarum constitut
siue ingressus solis in ariete
vel libram. Vbi aut sit locus solsti-
cior et equinoctior hijs versibus
subscriptis clarissime continetur.

Solsticiuz decimo xpm preit atqz iohez
Equa crucis festum dat tpa marcij idus.

Hoc est dicere q solsticiuz hiemale e
an nat xpi. x. dieb. i. viij. kl. Jan
in quo tpe sol incipit altiores circu-
los petere. Et solsticiuz estiuale est
an nat Johis bapt totidm diebz.
vz. xviij. kl. Julij. quo tpe sol incipit
ad inferiores circulos remeare. In
estiualis solsticij dies maxim sicut
et hiemalis minim inuenitur. Sz
sm egiptios hiemale est. xij. kl.
Januarij. sm grecos. viij. kl. Item
in festo sce crucis. vel sm alios. xij.
kl. equinoctiuz autupnale. Et
vbi dr in kalendario ydus marcij vel
sm alios. xij. kl. aprilis est equinoc-
tium vernale. Olim enim annus in
duas tm ptes diuidebatur. s. esti-
uuz et hiemale solsticiuz et in duo
emisperia. De magno anno. x.

Magnus aut annus completur
reuersis planetis omnibus
ad loca siue circa locum quod
fit annis non pauciorbus
quingentis triginta. Mundanus no
annus omnibus stellis ad prima loca
reuersis quod fit demum post quinde-
cim milia annor. Magr dic in
historijs sup genesim vbi agitur
de ebrietate noe q magnus annus
completur paucicula seculor annor.

De Era ---- xi.

Era quidem tenuit hispani sin-
gulorum annorum constituta
a cesare augusto qui ad
primuz censum orbem descripsit.
Dicta est autem era ab ere quo
omis orbis ere reddere professus est
rei publice romanor. Prius aut
fuerunt indictiones et postea. Era.

De olimpiade ---- xij

Olimpias constituta e apud
grecos in elide ciuitate. elijs
agentibus agone et quinquenna-
le certamen quatuor medijs annis
vacantibus. Et ob hoc tpus elidij cer-
taminis olimpiadem vocauerunt qua-
driennio in vna olimpiade supputa-
to. De Lustro ---- xiij

Lustrum penteutheosim .i.
quinquennium qd quinto an-
no dr condi. p olimpiade
a romanis. Nondum enim
ceperunt consules neqz era. Quinque-
nale quidem tpus ideo sic vocatuz
est qr censu p quinquennium in repu-
blica pacto vrbs romana lustra-
batur. Apud eosdm romanos e
annus indictionalis qui tres quinos
continet annos vt infra dicetur.
Apud hebreos est annus iubileus .i.
remissionis qui septem completis an-
nor ebdomadibus celebrabat.
Apud xpianos est annus benigni-
tatis et gratie in quo xpus venit
et nos sola benignitate redemit.
Apud sctos comprehensores e an-
nus eternitatis glie in quo exul-
tabunt sci in glia sine fine. De
etate ---- xiiij

Etas aut pleruqz dr pro
vno anno et pro septem et
pro centum et pro quouis
tpe. Vnde etas est qd de multis se-
culis constituitur. Et inde dicta est
etas qi eternitas qi similitudo eius. Pro-
prie vero etas duobus modis dicitur
vz. hois sicut est infantia. iuuentus
senectus. Mundi aut prima etas
fuit ab adam vsqz noe. Sa a noe
vsqz ad abraam. Tertia ab abraa
vsqz ad dauid. Quarta a dauid us-
qz ad transmigratione iudeor in babi-
loniaz. Quinta deinde vsqz ad ad-
uentum saluatoris in carne. Sex-
ta que nunc agitur quousqz mudus
iste finietur. Quot sunt anni
ab origine mudi vsqz ad ascensione
dni nri yhu xpi. sex mille. licet p
aliquos pauciores ponunt.

De seculis ---- xv.

Secula generationibus constit
sic dicta qr secuntur. Abeuntibus aut
alijs alij succedunt. Hec tempus
quidem quinquagesimum annum vocat
quem hebrei iubileum dicunt vtique
dictum e. et ob hanc causam hebrei
p vxorem et liberos amans dimis-
sum. ancepta sua seruo subiugatus
seruire iubetur in seculuz. i. vsqz ad
annum quinquagesimum. De euo. xvj.

Euum est etas ppetua cuius
neqz initium neqz extremum
noscitur. Seculuz e
aut eum ab euo quod
e apud grecos alij pro seculo et alij
ponitur pro eterno.

Expleta prima parte sequit secda.

De mense ---- xvij.

Tractato de anno sequit vide-
re de mense. Est autem
mensis spatium temporis
quo phebus aplexo re-
cedens eiden completo suo
circulo sortitur. Et dr mensis
a mensurando eo q annus p men-
ses mensuratur. Vel a mene q est
defectus eo q luna singulis mensi-
bus ab humano deficit visu. Vel sm
ysidor amene grece q est luna la-
tine. Apud enim grecos menses le-
gitimi non ex solis circulo sz lune
cursu computantur q est de nomiado
nonarum. Diuiditur aut annus p
xij. menses qr sol peragrando zo-
diacum duodecim circuit regiones
signor. et in hijs duodecim mensibus
commoratur. Romulus tn voluit
tm esse menses decem in anno inci-
piens a martio quem marti deo
belli quem patrem suum esse
putabat dedicauit. Vnde ouid
in primo fastor. Tempora
digereret cum conditor orbis
in annum. Instituit menses
quinqz bis esse suos. Sed nu-
ma pompilius videns q annus
non bene decem mensibus com-
plebatur superaddidit duos
menses in principio. scilicet Ja-
nuarium et februarium.

Januarius

Januarius a Jano. Quia sicut per januam intramus domum, ita per januarium intramus annum. Est enim limes anni. Vel dicitur a Jano deo qui ab antiquis dicebatur principium et finis omnium rerum, et ei fuit hic mensis a gentilibus consecratus. Unde et idem Janus bifrons pingitur, ut per eum anni introitus et exitus demonstretur.

Februarius

Februarius dicitur a februbus que tunc de facili contingunt. Vel a februis, id est purgationibus. Sunt februe oblationes facte pro mortuis. Romani enim illo mense mediam ... habebant et eas purgabant celebrando exequias mortuorum. Vel secundum Ysidorum dicitur a febru, id est plutone, cui eo mense sacrificabatur. Martius

Martius dicitur a Marte patre Romuli. Vel quia eo tempore cuncta animantia agitantur ad amorem et ad gaudendi voluptatem. Appellatur enim quia mensis novorum quia est anni initium. Primum novum ver, quia in eo viridantibus fructibus nobis transactorum probat ... Aprilis

Aprilis dicitur quasi aperilis, quia tunc terra aperitur ad germinandum flores, flores aperiuntur et arbores incipiunt pullulare. Vel aprilis pro venere dicitur, quia affrodis grece latine dicitur venus. Maius.

Maius a maioribus natu dicitur qui erant principes rei publice. Vel a maia matre mercurii. Junius

Junius

Junius a junioribus dicitur. Erant enim olim maiores qui et seniores appellabantur patres, et hi in civitate semper manebant urbis regimini consulentes. Erant et juniores qui ibant ad pugnandum pro re publica. Et ideo maius a maioribus, junius a junioribus nomen acceperunt, quia in illorum honorem instituti sunt. Vel dicitur a junone.

Julius

Julius dictus est a Julio cesare, quia tunc natus fuit, vel quia tunc de hostibus triumphavit. Vicit enim cleopatram reginam egypti cum anthonio viro suo bello navali. Julius enim quintilis dicebatur, eo quod est quintus a marcio secundum romulum principium erat anni. Augustus

Augustus dictus est ab octaviano augusto qui tunc natus fuit vel quia hostes tunc superavit. Prius autem dicebatur sextilis eo quod sextus a marcio. Septembri

September nomen habet a numero et imbre quia septimus est a marcio et imbres habet. In ipso enim mense vindemiantur uve, ponuntur in doliis, pedibus conculcantur, et vina reponuntur in vasis pro toto anno ad leticiam et sanitatem omnium hominum et feminarum quos et quas delectat bibere vinum propter confortationem stomachi, vite consolationem et totius corporis sanitatem, illorum maxime qui cum temperantia bibunt.

Octobri

October vocabulum suum sumpsit a numero et imbre, eo quia est octavus a marcio et imbres in ipso crescunt. Novembri.

November suum nomen habuit a numero et imbre, eo quia est nonus a marcio et imbres in eo multiplicantur. Decembri



December similiter denominatur a numero et imbre, et hoc eo quia decimus a marcio et imbres valde ... Quot autem dies quilibet mensis habeat hiis versibus declaratur:

Junius aprilis september [illegible]

[illegible]

Cui sibi ... ad ... unus.

Hoc est dicere quod junius, aprilis, september et november habent triginta dies. Reliqui autem menses habent xxxi. Sed februarius habet tantum xxviii, et quando est bixestus xxix. Sciendum est autem quod cuilibet mensi dati fuerunt primo xxx dies qui multiplicati duodecies constituunt ccclx dies. De quinque vero residuis dictum est

huius ianuario, eo quod principium anni teneat. Iunio vero iunius nomen, quia in parvis mundus esset et nimio dominus imperare gauderet. Sedius dicitur estimatio propter candorem imparitatem. Tercius maio. Quartus iulio. Quintus octobri. Cesar autem augustus volens suum mensem esse equalem mensi iulii, abstulit februario unam diem, quia erat mensis tristicie et luctus, et attribuit eam augusto. Et ita remansit februario .xxviii. tantum, et augusto .xxxi. Tamen astrologi romani abstulerunt aliam diem februario et addiderunt decembri, ad hoc ut finis decembris mensis principio anni, scilicet ianuario, responderet. Et sic februario remanserunt tantum .xxviii. et decembri .xxxi. Verumtamen ad quandam recompensationem una dies, videlicet bixestilis, est de quarto in quartum annum februario restituta. Qua vero die vel qua feria quilibet mensis intrat, iam sub titulo de septimana dicetur. Sane in quolibet mense sunt tres dies celebres, qui soli propriis nominibus appellantur, et ab eis ceteri denominantur, scilicet kalende, none et ydus, quos romani propter dies festos vel propter officia magistratuum instituerunt. In hiis enim diebus in urbibus conveniebant.

De kalendis. xviii.

Kalende sunt prima dies mensis. Et dicuntur quasi colende, eo quod quondam colebant festum Iunonis. Unde Ovidius: Vendicat ausonias Saturnia tu[illegible] kalendas. Vel quia tunc a romano populo principia mensium celebrantur, sicut fit ab hebreis. Unde Ovidius primo Fastorum: Salve festa dies meliorque revertere semper, A populo rerum digna potente coli. Vel dicitur a kalo, quod est voco. Primo namque die mensis procedente more populus vocabat ad nundinas, clamans totiens kalo quot dies erant videlicet ad nonas. Et ideo dicuntur pluraliter kalende, a pluribus vocationibus. Vel a kalo, quod est bonum, omen pro totum mensem habendum.

Tunc enim sibi invicem encheniaria offerebant. **De nonis. [illegible]**

None vero sunt quinque vel sex dies in quolibet mense qui secuntur post kalendas. Et dicuntur none a nundinis, quasi nundine, quia tunc romani nundinas celebrabant. Ideo autem erant in aliquo mense none sive celebratio nundinarum in die quinto et in aliquo in die septima, ne per omnes certum tempus ad insidiandum mercatores haberent. Vel dicuntur none a nonis, quia dies ille nonus erat ante ydus. Vel a non, quia tunc nullum fiebat festum. Unde Ovidius: Nonarum tutella deo caret. **De ydibus. xx.**

Ydus vero sunt octo dies qui secuntur post nonas. Est autem ydus semper in .xiii. vel in .xv. die, secundum quod none precedunt. Si enim mensis habet quatuor nonas, ydus est in .xiii. die. Si habet .vi. nonas, ydus est in .xv. die. Ozaut galienus anthiocenus dicit quod ydus est dies deo [illegible] consideratione dicata. Et dicitur ydus quasi divisio, quia tunc fiebat divisio nundinarum. Vel quia in ydibus fit divisio mensis. Dicuntur autem ydus ab iduo, ydua, idest separo, separas, inde vidua, dicta quasi ydua, idest divisa. Plerique latinorum putant ydus dici ab edendo, eo quod hii dies apud veteres epulares essent. **Unde et qualiter dies denoientur. xxi.**

Dies autem qui secuntur statim post kalendas ita denominantur, scilicet ydus. Sic enim cum mensis habet quatuor nonas, debemus dicere in kalendario statim post kalendas quatuor nonas. In tercio tercio nonas. In quarto pridie nonas. In quinto vero nonas dicimus, ut patet in ianuario et similibus. Si vero est mensis qui habet sex nonas, debemus dicere statim post kalendas sexto nonas. In tercia die quinto nonas. In quarta quarto nonas. In quinta tercio nonas. In sexta pridie nonas. In septimo nonas, ut patet in marcio et similibus. Dies autem

qui secuntur post nonas ita denominantur in quolibet mense: .viii. ydus, .vii. ydus, .vi. ydus, .v. ydus, .iiii. ydus, .iii. ydus, pridie ydus et ydus, sicut hec apparet in kalendario expresse. Dies vero qui secuntur denominantur a kalendis mensis sequentis hoc modo. Ianuarius habet .xxxi. dies. De istis accipe unum pro kalendis et quatuor pro nonis et octo pro ydibus, et sic remanent tantum .xviii. A die ergo isto .xviii. kalendas, sive de kalendis sequentis mensis est incipere .xviii. Unde in mense ianuarii debemus dicere statim post ydus .xviii. kalendas februarii. In secunda die .xvii. kalendas et sic per ordinem usque ad finem mensis semper minuendo. Notandum quod dicitur pridie ydus et pridie nonas et pridie kalendas et non secundo, quia scilicet dies aliquorum secundus dies illa non sequitur sed precedit. Et exponitur hec prepositio pre, idest ante vel prius. Unde pridie dicitur priori die, sive pre, idest ante diem. Et ante de quarto nonas intellige quarto die ante nonas, et sic de aliis. Quot autem dies denoientur a nonis et quot ab ydibus et quot a kalendis omnium mensium hiis versibus continetur.

Sex nonas maius october iulius et mars.
Quatuor at reliqui tenet ydus quilibet octo.
Ianus et augustus denas nonasque december,
Iulius october mars maius septem decemque,
Iunius aprilis september et ipse november,
Ter senas retinent februus quoque bisexto kalendas.

Hec est dicere quod maius, october, iulius et martius habent dies sex pro nonis. Reliqui menses habent tantum quatuor. Et quilibet mensis habet octo dies pro ydibus. Item quod ianuarius, augustus et december habent .xviii. dies pro kalendis. Iulius, october, martius et maius habent .xvii. Iunius autem, aprilis, september et november habent .xviii. Februarius habet .xvi. Et si fuerit bixestus, super additur unus eidem. **De diebus egyptiacis. xxii.**

Notandum est quod in quolibet mense sunt duo dies egyptiaci, idest ab egyptiis deprehensi. Quare autem pro eo erant quidem astrologi quiquasdam constellationes nocivas humanis actibus in illis diebus invenerunt, ideo illas notis hominibus esse voluerunt. Tamen illarum constellationum punctum scire propter errorem nostri computi non valemus. Vel forte invenerunt illos dies bene constellatos et ideo eos in kalendario notaverunt ut in illis diebus potius quam in aliis illis actibus insisteretur. Quorum errorem ne ecclesia sequi videatur a talibus caveatur. Vel dicuntur egyptiaci secundum quosdam quia dominus in illis diebus percussit egyptum novem plagis. Quot autem sint dies egyptiaci a principio vel a fine mensis hiis versibus continetur.

Augurior decus audito lumine clangor.
Linguit olens abiens colus excute gallum.

In eisdem versibus sunt .xii. dictiones .xii. mensibus subiecte, prima primo, secunda secundo, et sic per ordinem sumpto initio a ianuario. Ita quod quota erit prima littera prime sillabe alicuius istarum dictionum in alphabeto, totus erit dies egyptiacus in illo mense cui subest illa dictio, computando a principio usque ad finem. Et quota erit prima littera secunde sillabe in alphabeto, totus erit dies egyptiacus in illo mense cui subest illa dictio, computando a fine mensis versus principium. Verbigratia. Augurior est prima dictio et servit primo mensi, scilicet ianuario. Au est prima sillaba et a est prima littera illius sillabe et est prima in alphabeto, ergo prima dies ianuarii est egyptiacha. Item gu est secunda sillaba et g est septima in alphabeto, ergo septima dies ianuarii numerando a fine mensis versus principium est egyptiacha, et sic de aliis. Hoc servato quod h in tali loco pro littera non ponitur. Quilibet autem premissorum dierum propter vanam hominum stultitiam denominatur egipciacus. De diebus vero felicibus vel infelicibus quos quidam astrologi notaverunt in parvo opusculo nil agitur, quia ecclesia prohibet fidem talibus adhiberi.

De diebus canicularibus. xxiii.

In quibusdam quoque mensibus sunt quidam dies qui caniculares dicuntur, a canicula sive canicula stella, sita in fronte leonis, et ante genua thauri, que estivis mensibus est in medio centro

celi. Cum enim sol ad eam ascenderit, vicina cum sole vel ei proxima duplicat calorem ipsius. Ex quo dissolvunt corpora et vaporantur. Unde vocatur canis quia corpora morbis afficiat. Et sunt .liiii. dies in quibus propter ipsius ariditatem et calorem solis intemperiem malum et minuere et potionare. Quando autem illi dies incipiant et finiantur hiis versibus continetur.
Luce lune prior augusti postremo decembris
Aprilis quarta iunii sub frigido sanguine imbus.
Sunt alii non capiunt .xiiii. kl. augusti.

Explicit prologus. Sequitur sequens tractatus.

De septimana. .xxiiii.

Sequitur de septimana. Nempe septimana continet .vii. dies naturales quorum repetitione menses et anni et secula peraguntur. Et hec apud grecos ebdomada, sed apud hebreos sabbatum appellatur. Et dicitur septimana a septem et mane quia septem mane pars pro toto, scilicet mane pro toto die. Vel a septem et manet quia manet per septem dies. Vel dicitur septimana quasi septem luces. Nam mane lux est secundum ysidorum. Item a spatium vocatur ebdomada ab epta grece quod est septem et doxa quod est dies vel modo respectu mensium. Et secundum hoc ebdomada est idem nomen quod septimana. Unde daniel post septuaginta ebdomadas etc. Et sumuntur ibi ebdomade annorum i. septuagesies septem anni. Septimane autem nequeunt habere certa principia quia nec habent certum initium singulis annis. Variantur propter unum vel duos dies qui ultra sunt super integras septimanas. Continuantur autem dies septimane et signantur septem primis literis alphabeti. Item dies secundum gentiles denominantur a planetis. Primus a sole qui princeps est omnium siderum. Sic et idem dies caput est omnium ceterorum dierum. Secundus a luna que splendore et magnitudine soli proxima est et ex eo mutuat lumen. Tertius a stella martis que vesper vocatur. Quartus a stella mercurii quam quidam candidum circulum dicunt. Quintus a stella iovis quem fetontem dicunt. Sextus a venere stella quam luciferum

A sole
A luna
A marthe
A mercurio
A Ioue
A venere

dicunt quam inter cuncta sidera plus lucis afferat. Septimus a stella saturni que sexto celo collocata .xxx. annis fertur explere cursum suum. Sed queritur quare dies non ita ordinantur in septimana sicut planete ordinantur in celo cum in celo ordinantur sub hoc versu.
Sol venus mercurius et luna saturnus iupiter et mars. Vel sic. Saturnus iove mars sol cum venere mercurii luna.
Solutio. Dicimus quod dies in septimana non ordinantur secundum ordinem planetarum sed secundum regimen eorum in singulis diebus. Unde quia viderunt philosophi quod sol regnabat prima hora diei dominica ideo diem illam denominaverunt ex ipso. Et sic de aliis sicut patet ex distributione earum horarum diei factarum planetis per ordinem successive. Rursus autem a planetis philosophi nomina dierum sumpserunt eo quod a singulis aliquid esse in nomine voluerunt. Ut a saturno candiditatem. A iove temperantiam. A marte fervorem. A sole spiritum. A venere voluptatem. A mercurio eloquentiam. A luna corpus. Et quia ordo planetarum ultra septenarium numerum non procedit sed ad primum revertitur ideo tantum septem dies in septimana sunt a sapientibus constituti.

A saturno
yo
Ro.

Que sit litera kalendarum. .xxv.

Nunc videndum est qua die septimane quilibet mensis incipit de quo dupliciter habetur ratio. Primo sic.
Alta domat dominus gratis beat equa gerentes
Contemnit fictos augebit dona fideli.
In istis versibus sunt .xii. dictiones .xii. mensibus sumpte. Prima primo. Secunda secundo. Et sic per ordinem procedendo sumpto initio a ianuario. Itaque quotacumque fuerit litera alicuius istarum dictionum eadem erit litera kalendarum mensis cui fuerit illa dictio. Verbi gratia. Alta est prima dictio et sumitur pro mense ianuario et a est prima litera istius dictionis alta. Et a est prima litera ianuarii. Item domat est secunda dictio que semper sumitur pro mense scilicet februario et d est secunda litera illius dictionis et d est secunda litera februarii. Et sic de aliis. Quidam dicunt secundum versus per syllabas quod procedunt per dictiones

Qua die septimane quilibet mensis incipiat. .xxvi.

Aliam docebat ergo a flos addiscere. Habita ut litera kalendarum singule possumus scire qua feria quilibet mensis intret.

De litteris dominicalibus. .xxvii.

Pro literis earum dominicalibus illius anni providere computando dies per literas subsequentes usque ad literam que est in kalendis mensis cuius diei introitum scire optas. Et in qua feria occurret in tali feria intrabit ille mensis. Sed ratio per quam sciri potest qua feria quilibet mensis intret est per regulares concurrentes. Notandum quod in anno solari sunt .lii. septimane et unus dies vel duo si sit bixextilis propter quam diem variantur singulis annis principia mensium. Si enim hoc anno ianuarius incipiat a die dominico toto illo anno .A. que est prima litera alphabeti et ianuarii erit dominicalis. Cum quo venerit fuerit ad finem anni illud .A. finale in kalendario quod in scribitur illi diei qui est ultra integras septimanas representabit diem dominicam. Anno sequenti .A. quod iterum est initiale ianuarii representabit secundam feriam et sic toto anno illo erit variatio. Eodem modo singulis annis variantur initia mensium per diversas ferias. Et si sit bixextilis duplex erit variatio prima in kalendis ianuarii secunda in festo sancti mathie. Ut igitur computiste scire possint qua feria singulo anno quilibet mensis incipiet invenerunt duo numeros unum invariabilem qui vocatur regularis solaris feriales. Aliud variabilem qui vocatur concurrens de quibus breviter est dicendum.

De regularibus solaribus. .xxviii.

Videndum est autem primo quid sit regularis solaris. Et unde dicatur. Et unde habeat ortum. Et quot regulares quilibet mensis habet. Regularis solaris est numerus invariabilis datus mensi qui adiunctis concurrentibus declarat qua feria septimane quilibet mensis intrat cui fuit ille regularis. Dicitur autem regularis a regula quia invariabilis est sicut regula. Solaris dicitur ad differentiam lunaris de quo infra dicetur. Habent autem ortum regulares a mense martio. Nam in

martio sunt .v. regulares seu .v. pro regularibus. Martius enim non habet initium in primo anno mundi seu seculi. Ymmo dicitur mundus fuisse initio mensis in die qui dicitur .xv. kl. aprilis. Vel ut alii dicunt .viii. kl. Si enim computes ordine retrogrado dies septimane usque ad kalendas martii invenies quod quinta feria mundus incepit si taliter ante martium fuit. Et hec est causa quare martius habet quinarium numerum pro regularibus. Regulares vero aliorum mensium sic formantur. Iunge regulares mensis cum diebus eiusdem et ab illa summa subtrahe septem quotiens poteris et regulares sequentis mensis quod remanserit indicabunt. Verbi gratia. Martius habet .v. regulares et dies eius sunt .xxxi. Subtrahe .vii. quotiens poteris remanet una dies que datur mensi sequenti pro regulari. Item aprilis habet .xxx. dies et unum regularem qui constituunt .xxxi. Subtrahe .vii. quotiens poteris remanebunt tres qui dantur maio pro regularibus. Et sic de aliis usque ad martium. Possumus etiam scire mensium regulares per hos versus videlicet.
Est astris clara fulgentibus ara deorum.
Grata bonis extat gratissima cerne fideli.
In hiis versibus sunt .xii. dictiones .xii. mensibus sumpte. Prima primo. Secunda secundo. Et sic per ordinem procedendo sumpto initio a martio. Itaque quota fuerit litera prima alicuius istarum dictionum in alphabeto tot regulares habet ille mensis cui sumitur illa dictio. Verbi gratia. Est est prima dictio et sumitur pro mense scilicet martio. Et e est prima litera istius dictionis e que est quinta in alphabeto. Igitur martius habet .v. regulares. Item astris est secunda dictio et sumitur pro mense scilicet aprili. Et a est prima litera istius dictionis que litera est prima in alphabeto. Igitur aprilis habet .i. regularem et sic de aliis.

De concurrentibus. .xxix.

Nunc videndum est de concurrentibus. Dicuntur autem concurrentes quia sibi invicem concurrunt sicut videbitur in formatione. Vel ideo quia concurrunt cum regularibus ad demonstrandum initialem feriam mensium singulis annis. Est autem concurrens super excrescentia unius diei vel plurium super .lii. septimanas anni solaris. Dico unius vel plurium quia in anno bixextili super excrescunt duo dies in aliis vero unus tantum. Et ab illa super excrescentia habent originem concurrentes. Alii vero concurrentes qui sequuntur post primum formantur

uno addito singulis terminis sive annis sicut per septenarium non excedit, quia non sunt nisi septem ferie, ergo est septenus concurrens illo anno habet numerum eundem principia quam in primo anno mundi seu seculi habuerunt. Quelibet enim feria distat per se per septenarium a semetipsa. Concurrentes sic habentur notati.

[illegible]

Nam primus annus cicli solaris habet .i. concurrentem. Secundus .ii. tercius .iii. quartus .iiii. quintus .vi. propter bisextum. Sextus .vii. Septimus .i. quia ultra non procedit sed revertitur ad .i. Et ita debes procedere usque ad .xxviii. annos. Tunc revertimur ad primum annum cicli et procedimus sicut prius. Unde transcursis .xxviii. annis appellatur ciclus solaris vel concurrentium. Et dicitur ciclus quasi circulus per similitudinem.

Si autem volumus scire quotus sit ciclus annus solaris debemus dividere annos domini per .xxviii. quotiens possumus et addere illis .viiii. annos quia diu antequam Christus natus fuit iam passat ille ciclus. Et quotus annus remansit super divisione annorum totus erit ciclus, et si nullus remansit tunc sumus in ultimo anno cicli solaris.

[illegible, red] adde novem domini parti re [illegible]
[illegible, red] ciclus sic tibi [illegible]

Possimus scire concurrentes cum litteris dominicale illius anni sic his versibus declaratur.

A. sex. B. quinque. C. quatuor. E. duo. F. tres. D. [illegible]. Primus concurrens. F. littera septimus est. G.

Hoc est dicere quando A. est littera dominicalis illo anno sunt sex pro concurrente. Quando B. quinque. Quando C. quatuor. Quando E. duo. Quando D. tres. Quando F. unus. Quando G. septem.

Inventio autem concurrente debemus coniungere eos cum regularibus mensium, cum feria kalendarum i. introitum scire volumus. Et quotus fuerit illa summa si non transcendat septem tota sine tali feria septimane intrabit ille mensis. Quando transcendat septem quotus fuerit residuum, tota feria septimane ille mensis intrabit.

Sicut autem concurrentes ita et dominicales litteris variantur. Nam in primo anno cicli solaris est .F. in secundo .E. in tercio .D. in quarto .C. in quinto .A. Tunc

enim propter bisextum pertransitur .B. quod his versibus declaratur. Unde versus:

[illegible, red] ciclus colunt bis. [illegible] genus est de corde [illegible] gignit [illegible] ensis. Dicte leant [illegible] fons dat ciclus [illegible]

Iunctis versibus sunt .xxviii. dictiones .xxviii. annis cicli solaris [illegible] .fa. po. fa. fo. et sic de aliis per ordinem sed post principio a primo anno cicli. Ita quod quecumque fuerit littera initialis alicuius istarum dictionum eadem erit littera dominicalis in illo anno cui servit illa dictio. Ubi gratia. F. est in predicto et servit primo anno cicli solaris. Et .F. est prima littera ergo .F. est littera dominicalis in primo anno cicli. Et sic de aliis. Et nota quod ille annus est bixestilis cui servit aliqua dictio desinens in .T. Et ita primus annus cicli semper est bixestilis cum ei serviat dictio desinens in .T. scilicet fert. Et propter hoc prima littera dictionis desinentis in .T. non erit littera dominicalis in illo anno cui servit illa dictio nisi a loco bixesti ultra quia littera dominicalis cum bixesto simul mutatur. A kalendis vero Januarii precedentis ipsum bisestum usque ad locum bixesti erit littera dominicalis illa que inmediate sequitur in kalendario post illam que deberet esse littera dominicalis. Unde in primo anno cicli .F. est littera dominicalis a loco bixesti usque ad kalendas Januarii sequentis. A kalendis vero Januarii precedentis usque ad locum bixesti .G. est littera dominicalis. Et sic de aliis. Annus autem cui servit illa dictio scitur per rationem superius dictam de ciclo solari. Nam ratio littere dominicalis et ciclus currentis ratione simul incipit et finitur.

De indictione .xxx.

Nunc aliqua de indictione dicamus. Est autem indictio spatium temporis quo Romani principes tributum gentibus indicebant. Si autem volumus scire quota sit indictio debemus addere tres annis domini et postea dividere annos domini per .xv. quotiens possumus et quotus annus remansit facta divisione tota erit indictio. Et si nullus superaverit in ultimo anno indictionis sumus. Et tunc ad primum numerum revertimur quia

indictio non transcendit .xv. Unde versus:

[illegible, red] domini [illegible] dividis [illegible]
[illegible, red] indictio

De indictione plenius diximus in speculo iudiciali. In tractatu de instrumentorum editione. §. 1. versu post annos et dicemus infra ubi de ciclis agetur. De era autem superius est expressum.

Expleta tercia parte subsequitur quarta.

De die et nocte .xxxi.

Variatum superius in pluribus locis de die tractatus sit in ciclo. Hic specialiter dicendum est. Et quod duplex est dies, scilicet naturalis et artificialis sive usualis. Naturalis est spatium quo sol ducitur circa totam terram ab oriente usque in occidentem, scilicet spatium diei et noctis quod semper continet .xxiiii. horas. Et dicitur a dis illa deis quibus Romani in quibusdam sideribus sacrificaverunt. Unde quelibet dies antiquitus ab aliquo deo vocata est, ut ab Jove et aliis prout in septimana superius est expressum. Vel a dia quod est duo, quia continet duo tempora, scilicet naturalem et diem usualem. Artificialis autem sive usualis est spatium quo sol moratur super nostrum emisperium ab ortu suo usque ad occasum. Et hec [illegible] solis ascensum et descensum consistit paulatim et decrescit. Dicitur autem dies a dian quod est claritas. Et dicitur usualis sive artificialis quia solum hoc tempus aptum est usibus et artificiis exercendis. Reliqua pars diei naturalis dicitur nox a nocendo quia nocet usui et visui. Et ideo vocatur dies a meliori parte sine comemoratione noctis iuxta illud. Factum est vespere et mane dies unus. Huius partes diei sunt tres secundum Ysidorum, scilicet mane, meridies et suprema. Mane est lux matura et plena nec iam crepusculum. Meridies dicitur quasi medidies, id est medius dies, vel quia tunc purior est dies. Postrema est posterior pars diei. Serum dicitur a clausis seris. Noctis vero partes sunt septem, scilicet vesper, crepusculum, conticinium, intempestum, gallicinium, matutinum et diluculum. Vesperum dicitur a vespere orientali stella que tene-

bras sequentes precedit. Et dicitur tenebre quia tenent umbram. Crepusculum dicitur dubia lux, scilicet inter lucem et tenebras. Conticinium est quando iam omnes silent. Intempestum est medium noctis tempus quando nil agi potest et omnia silent quod inopportunum. Gallicinium dicitur propter gallos lucis previos. Matutinum est inter abscessum tenebrarum et aurore adventum. Diluculum dicitur quando iam incipit parva diei lux et aurora quam solem precedit. Est et aurora diei clarescentis exordium. Et nota quod dies alii sunt sideriales in quibus sidera moventur et horis a nauigationibus excluduntur. Alii preliales de quibus in libro regum quibus reges solent ad bella procedere. Alii inter seculares quos scimus .xii. esse supresse. Alii lunares. Alii solsticiales. Alii equinoctiales de quibus iam premissum est. Alii fasti in quibus iura fiunt. Alii nefasti e contrario. Alii festi, id est festivi ut dies actionum. Alii profesti qui procul a festis, ut dies feriales. Alii mali, unde apostolus: Redimentes tempus quoniam dies mali sunt quia in eis plus solito homines affliguntur. Et egyptiaci secundum unum. Alii egyptiaci de quibus premissum est. Est etiam dies salutis in quo dominus venit ad salvandum. Et etiam dies iudicii in quo dominus veniet ad iudicandum qui erit bonis dies letitie, malis autem calamitatis et miserie.

De momento .xxxii.

Momentum vero est minimum atque angustissimum tempus a motu siderum dictum. Est enim extremitas horarum brevibus intervallis cum aliquid sibi cedit atque succedit secundum Ysidorum.

De hora .xxxiii.

Hora nomen est grecum latinum sonat. Est enim finis temporis. Quot autem horis contineat dies naturalis dictum est in principio huius partis. Et nota quod in mense Januarii nox habet horas .xvi. dies .viii. In februario nox habet horas .xiiii. dies decem. In marcio nox habet horas .xii. dies totidem. In aprili nox habet .x. dies .xiiii. In maio nox habet .viii. dies .xvi. In iunio nox habet sex.

dies .xviii. In iulio nox habet octo. dies .xvi. In augusto nox habet .x. dies .xiiii. In septembri nox habet .xii. dies totidem. In octobri nox .xiiii. dies .x. In novembri nox habet .xvi. dies octo. In decembri nox habet .xviii. dies sex. Astrologus tamen curiosius potest horas equare, sed premissa equatio pro vulgaribus et simplicibus sufficere potest.

Explicit quarta pars huius libri.

Incipit secundus tractatus huius libri principalis septem partes divisus.

Quid sit annus lunaris et quot dies contineat — i
De regularibus lunaribus — ii
De epacta — iii
De embolismo — iiii
De aureo numero — v
De termino paschali et aliarum mobilium festivitatum — vi
De ciclis — vii

Quid sit annus lunaris et quot dies contineat. i.

Annus lunaris dicitur tribus modis. Primo modo annus lunaris est spatium quo luna currit totum zodiacum quod fit in .xxvii. diebus et .viii. horis. Secundo modo dicitur annus lunaris spatium quo luna currit in solem ab una accensione usque ad aliam et hoc fit in .xxix. diebus et .xii. horis. Nam cum luna separatur a sole ad partem zodiaci et postea revertitur ad eundem punctum in quo dimiserat solem non invenit illum ibi quia sol interim processit suo motu quem luna laborat preterire ad eum sive attingere ipsum duobus diebus et tribus horis. Tertio dicitur annus solaris spatium .xii. lunationum in anno communi et .xiii. in embolismali de quibus infra dicetur. Cum igitur lunatio quelibet constet ex diebus et .xii. horis precedentis lunationis et ex .xii. sequentis constituitur una dies naturalis que semper lunationi precedenti attribuitur. Ita quod lunatio precedens semper habeat .xxx. dies et sequens .xxix. nisi aliud fiat propter bisextum vel embolismum vel saltum lune. Versus.

Luna paris mensis numquam tricesima fiet
Impar tricenos numquam nisi fine carebit
Tempore bisexti febr tricesima luna
Maii iulii luna tunc est vicesima nona.

Par mensis dicitur qui numerando a ianuario per ordinem cadit in numerum parium ut februarius, aprilis, iunius, augustus, octobris et decembris, quorum lunatio semper est .xxix. dierum. Excepto februario cuius lunatio est .xxx. quando est bisextus. Impar vero est qui in numerum cadit imparium ut ianuarius, martius, maius, iulius, septembris et novembris quorum lunatio semper est .xxx. dierum. Excepto iulio qui in ultimo anno cicli lunaris propter saltum lune habet tantum .xxix. dies. Ex hiis autem .xii. lunationibus constituuntur .cccliiii. dies in anno lunari. Et sic annus lunaris in .xi. diebus exceditur a solari. Ex quo excessu omnis varietas etatis lune consurgit. Itaque ubicumque fuerit luna prima in primo anno fit in secundo .xi. Propter quam varietatem duo numerorum genera sunt inventa. regulares videlicet et epacte de quibus breviter videbimus.

De regularibus — ii

Nunc dicamus de regularibus lunaribus. Et quidem regulares lunares est numerus invariabilis datus mensi ad inveniendum lunam in kalendis mensium singulorum. Oriuntur autem regulares ab illis quinque diebus qui supersunt in anno solari super .ccclx. dies. Unde .v. regulares dantur septembri a quo annus lunaris sumit initium. Regulares vero aliorum mensium sic formantur. Iunge regulares mensis cum diebus eius et a summa subtrahe lunationem eius et residuum quod remanserit erit regularis illius mensis. Verbi gratia. Septembris habet .v. regulares et dies .xxx. qui cum quinque regularibus constituunt .xxxv. Et lunatio septembris est tricena qua subtracta remanent .v. qui sunt regulares octobris. Et sic de aliis usque ad septembrem. Nam egiptii suum annum incipiunt a septembri et ideo nos annum lunarem incipimus a septembri. De regularibus autem dicitur iste versus.

Dic e gr. bis i k bis et post manet ordo.

Quasi diceret. dic .e. bis que est .v. in alphabeto i. primis duobus mensibus anni lunaris dantur .v. pro regularibus. Item dic bis .g. que est septima in alphabeto i. tertius et quartus mensis habent septem pro regularibus. Item dic bis .i. que est .viii. in alphabeto i. quintus et sextus mensis habent .viii. pro regularibus. Item dic bis .k. que est .x. in alphabeto i. septimus et octavus mensis habent decem pro regularibus. Et notandum quod hic fit transitus de quinto ad septimum et de sexto ad octavum ut patet in formando eos regulares quia ianuarius et martius nove. februarius et aprilis decem habent. Sed post manet ordo i. maius .xi. iunius .xii. iulius .xiii. augustus .xiiii. habent.

De epacta. iii

Sequitur de epacta. Est autem epacta numerus variabilis datus anno ad inveniendum lunam cuiuslibet mensis in kalendis. Et dicitur epacta ab epi quod est supra et acta, quia est super excrescentia anni lunaris a solari. Ideo quia annus primus cicli lunaris nullam habet epactam quia nullus processit a quo .xi. accepisset. quia epacta oritur ab illis .xi. diebus quibus annus lunaris exceditur a solari. Tertius vero annus habet .xxii. quia secundo adduntur .xi. si non transcendit .xxx. Si vero transcendit .xxx. residuum erit epacta illius anni. Et ideo quarto anno qui summa ascendit ad .xxxiii. abiectis .xxx. tres sunt epacta illius anni. Epacte nominantur latine additiones annue lunares que per unum undenarium usque ad tricenarium in se revolvuntur quas egiptii ideo addiderunt ut lunaris [illegible] rationi solis coequetur. Luna enim cursum suum .xxviii. semis diebus lucere dignoscitur et sunt in anno lunari dies .cccliiii. remanent ad cursum anni solaris .xi. dies quos egiptii addiderunt alioquin non invenires lunam quota sit in quolibet anno mense et die. Epacte omnium annorum cicli solaris per hanc tabulam denotantur, itaque nulla respondet primo anno. et singuli sequentes numeri respondent singulis annis cicli usque ad numerum .xviiii.

Nulla. xi. xxii. iii. xiiii. xxv. vi. xvii. xxviii. viiii. xx. i. xii. xxiii. iiii. xv. xxvi. vii. xviii.

Hec idem ostendit per versus hic subscriptos.

Annis adde monos domini partire per unde.
Viginti lune ciclus et inde patent.

Notandum dicere quod si volumus scire quotus sit annus epactalis sive cicli debemus dividere annos domini per .xviiii. quotiens possumus et addere unum quia unus pronatus fuit tamen precesserat ille ciclus. Et quota fuerit summa que remanserit totus erit annus cicli epactalis. Verbi gratia. Hoc anno computantur anni domini .m.ccclxxxvi. quorum .m.ccclxx.iii. sunt recte per .xviiii. divisi. supersunt .xiii. de predicto numero. addito ergo .i. fiunt .xiiii. Ergo hoc anno est .xiiii. annus cicli lunaris. In anno sequenti erit .xv. et sic usque ad .xviiii. postea reddit ad primum. Et hoc verum est secundum illos qui incipiunt computare annos domini in nativitate Christi vel in kalendis ianuarii. Non autem secundum eos qui commutant in kalendis septembris et faciunt ibi divisionem. Nam tunc addendi sunt duo anni. Potest et aliter inveniri epacta. ut si summa que remanet de predicta divisione annorum domini per tres multiplicaverimus. Sicut numerus fuerit in prima multiplicatione debemus demere unum de ipso numero. Si in secunda debemus addere nove. Si in tertia debemus addere .xviii. Et summa inde veniens est epacta. Et hoc si triginta non transcendat. Si vero transcendit .xxx. abiectis .xxx. residuum est epacta. Unde versus.

Deme unum prius adde nove post deme novemque.

Inventa igitur epacta debemus eam iungere cum regularibus mensis cuius lunam volumus invenire et quota fuerit summa inde proveniens tota erit luna in kalendis illius mensis dummodo .xxx. non transcendat. Quod si .xxx. transcenderit abiectis .xxx. residuum erit etas lune. Et si summa illa erit .xxx. in kalendis mensis tunc luna erit .xxx. Sicut epacta nulla fuerit ut in primo anno cicli lunaris tunc ad inveniendum lunam solum sufficiat regularis. Sed quia epactarum ratio quandoque fallit propter embolismum seu saltum lune ideo de ipso breviter videamus.

De embolismo — iiii

Circa embolismum seu lune saltum notandum quod embolismus grece notat latine super augmentum seu super excrescentia anni solaris super lunarem. Quia

igitur annus solaris excedit lunarem in xi. diebus ex illo excessu constituuntur septem lunationes id est xviii annis cicli lunaris multiplicatis illis xi. diebus. Et dicuntur lunationes embolismales quarum quelibet continet xxx. dies, et attribuuntur septem annis embolismalibus. Item ergo in quolibet ciclo lunari sunt vii. embolismales et xii communes. Et appellatur annus embolismalis qui a xiiii luna precedentis pasche usque ad xiiii sequentis habet xiii. lunationes sive xiii. menses lunares id est ccclxxxiiii. dies. Et iste est annus moysi divinitus revellatus. Communis vero habet tamen xii. lunationes scilicet cccliiii. dies. Quarum dispositionem istum iste versus.

Cur. fles. has. lacrimas. odiosum que. triumphum. In isto versu sunt septem dictiones septem annis embolismalibus servientes. prima pro. secunda pro. et sic per ordinem. Itaque quota est prima litera alicuius istarum dictionum in alphabeto totus annus cicli epactalis erit annus embolismalis videlicet. Cur. est prima dictio et servit primo anno embolismali. et c. est prima litera dictionis que est tertia in alphabeto. ideo tertius annus cicli lunaris est embolismalis. et sic de aliis. Hec observato quod hec dictio has debet scribi per h. Et ideo annus communis quia sepe iste duo coniunctim procedunt vel inveniuntur se in paschali solempnitate sequantur. Embolismalis vero semper solus est. Ordo autem annorum communium et embolismalium patet in linea sequenti.

Communis. communis. embolismalis. communis. communis. embolismalis. communis. embolismalis. communis. communis. embolismalis. communis. communis. embolismalis. communis. embolismalis. Communis. communis. embolismalis.

Scito anno embolismali possumus scire in quo mense lunatio embolismalis contingat per hunc versum.

Nobilis. ibo. ciphum. modo. libri. habeto. cocum. In isto versu sunt septem dictiones septem annis servientes in quibus contingunt lunationes embolismales in predictis septem annis. prima pro prima. secunda pro secunda et sic per ordine. Itaque quota erit prima litera alicuius istarum dictionum in alphabeto toto mense illius

anni cui servit illa dictio erit lunatio embolismalis. Item quota litera secunde sillabe erit in alphabeto toto de mense sic incipit lunatio embolismalis. videlicet. Nobilis est prima dictio et servit primo lunationi que contingit in tertio anno cicli lunaris et n. est prima litera huius dictionis que est xiii. in alphabeto. ergo in xiii. contingit lunatio embolismalis. Item b. est prima litera secunde sillabe et est secunda in alphabeto. ergo in secunda die illius mensis incipit illa lunatio. et sic de aliis.

Sicut vobis plenius huius veritatem inquirere recurre ad epactas et regulares illius anni de quo vis scire et invenies ita esse. Nunc videamus ubi fallat epacta cum terminis regularibus propter embolismum seu saltum lune. Circa quod notandum licet in ciclo lunari sint septem anni embolismales ut supra dictum est non tamen fallit epacta nisi in tribus scilicet in tertio. xi. et xviii. Unde versus.

Tertio. undeno. postremo. fallit epacta.

In quo autem loco vel mense et in quibus locis fallat epacta inventum regularibus his versibus denotatur.

Julius in denis, ter maius in octo vicenis.
Bisextum nisi sit mar peccat in undecimo ternis.
In tot fide maius, augustus, vero duobus.

Hoc est dicere quod tertio anno cicli lunaris fallit epacta in regularibus in maio et in iulio. Quia in kalendis may cum luna deberet esse secundum epactam xxviii. non reperitur nisi xxvii. secundum embolismum. Item fallit in kalendis iuly. eodem anno quia luna tunc deberet esse triginta. secundum epactam tamen non reperitur nisi. xxviii. propter embolismum. ubi credendum est embolismo et non epacte. Item in xi. anno fallit epacta. quia in kalendis marcii secundum epactam deberet luna esse. xxviii. sed propter embolismum est xxviii. tamen. Verum tamen si in illo anno non fuerit bixestus tunc corrigitur ille error quia propter bissextum additur una dies. Item in xviii. anno fallit epactum in duobus locis. Nam secundum epactam luna deberet esse. xxviii. in kalendis may. sed propter embolismum non reperitur nisi xxviii. Et eodem

anno fallit in kalendis augusti. Quia secundum epactam luna ibidem deberet esse prima sed propter saltum lune ibi secunda invenitur et lunatio July que deberet esse xxx. in illo anno est tamen. xxviii. Et contingit propter errorem nostri computi et quia annus lunaris in xi. diebus excedit a solari. De saltu autem lune in ciditur iste versus.

Luna facit saltum quotiens luce suprema.

Retrocedit enim luna uno die sicut dixi propter errorem nostri computi ut in sequenti anno in kalendis septembris quinta reddeatur sicut debet. Nisi enim saltus lune colligeretur contingeret error ut in xviii. ciclis diceretur luna prima que esset plenilunium. Colligitur autem sic de die iste. Quelibet enim lunatio ad hoc ut lunationes sint equales habet xxviii. dies et dimidiam et insuper quatuor momenta et unam unciam et unum athomum. Sunt autem in ciclo. ccxxxv. lunationes. Erunt igitur quater totmomenta quod sunt in universo viii xl. que divisa per xl. constituunt xxiii horas et dimidium. Postea ex ccxxxv. unciis constituuntur xviii. momenta et remanent vii. uncie. et ex ccxxxv. athomis constituunt quinque uncie. que cum septem prioribus faciunt unum momentum. quod iunctum ad xviii. momenta prehabita facit dimidiam horam, que iuncta cum aliis xxiii et dimidia. facit unam diem que subtrahitur ultimo anno a lunatione iuly et dicitur saltus lune. Potest aliter hoc modo colligi. Annus lunaris constat ex ducentis quinquaginta quatuor diebus minus una hora. et quarta parte unius hore. et lxxvi parte quarte unius hore. Ergo in xviii annis habentur xviii. hore. et xviii. quarte horarum. et lxxvi partes quarte unius hore. que faciunt in xviii. annis quartam partem unius hore. et itaque viginti quatuor horarum que faciunt cum horis que iuncte. xviii. horis prehabitis faciunt unam diem. Est igitur saltus lune quedam dies collectus in xviii. annis et ex superfluo. quod datur lunationibus.

Et dicitur saltus lune, non quod luna magis saliat die illa quam alia, sed quia nos lunam computantes diem illam supra quam in aliis annis lunatio iuly dicitur triginta salimus sive pretermittimus non computantes lunam in ultimo anno cicli decemnovenalis nisi. xxviii. Ideo autem subtrahitur dies illa a lunatione iuly in ultimo anno cicli decemnovenalis. Quia iulius est ultimus in anno epactali in termino habens. xxx. dies in lunatione. Unde ultima lunatio iuly non computatur. xxx. sed. xxviii. Sed ideo autem mensis illius anni s. decemnovenalis quam restat fieri sine intervallo minorem. et per quem in aliis mensibus sequentibus usque ad ianuarium sicut infra dicetur. Saltus ergo lune facit duas lunationes pariter esse. xxviii. dierum. Ad prefatos igitur errores facilius corrigendos inventus est aureus numerus. de quo hic nisi sit breviter videndum. De aureo numero. b.

Aureus numerus est ille qui ponitur in kalendario qui in quolibet mense indicat lunam primam ad prefatos errores facilius corrigendos inventus. Et dicitur aureus propter similitudinem quia sicut aurum superat omnia metalla ita iste numerus omnes alias rationes lunares excellit, quem iulius cesar cum tanta diligentia dicitur invenisse, qui incipiens a quocumque anno cicli lunaris ubi eam invenit lunam primam in primo anno cicli posuit i. in kalendario in latere extrinseco iuxta literas feriales scilicet in quolibet mense. Et in secundo anno ubi eam invenit primam posuit. ii. in quolibet mense. Et in tertio. iii. et sic de aliis. Et ideo in kalendis ianuarii ternarius est numerus quia luna ibi invenitur tertio anno prima. nec debet ibi poni alius numerus quam ternarius. Quia in nullo anno in kalendis ianuarii luna est prima nisi in tertio anno cicli decemnovenalis. In quibusdam tamen kalendariis nisi ipsi designantur

p(er) l(itte)ras alphabeti. nam pro uno ponit
ibi .a. pro duobus .b. pro tribus .c. et sic
de aliis num(er)is i(n) litteris s(e)c(un)d(u)m se usq(ue) ad li
teram .t. que est .xviiij. i(n) alfabeto.
Formatur aut(em) iste aureus nu(meru)s ab
illo ternario qui ponit(ur) i(n) k(a)l(endi)s ianuarii.
Nam illis tribus adduntur octo (et) constitu
unt .xi. qui nu(meru)s poni debet i(n) tercia
li(nea) ianuarii. Item illis .xi. adduntur
octo (et) constituunt .xviiij. qui nu(meru)s debet
poni cum intervallo i(n) .v.(a) linea s(?)
ianuarii. Item illis .xviiij. ad
duntur octo (et) sic sit .xxvii. Sed q(uia)
aureus nu(meru)s no(n) transit .xviiij. residuu(m)
s(cilicet) octo debet poni i(m)mediate p(os)t .xviiij.
(et) sic p(er) totum kalendarium. Patet ergo
q(uod) q(ua)n(do) maior nu(meru)s sequitur minorem
tunc debet int(er) utrumq(ue) nu(merum) dimitti una
litera. Et q(ua)n(do) minor sequit(ur) maiore(m)
tunc nulla debet li(tter)a int(er)mitti. Unde v(er)sus.

Datibus octo aureus superet ne de
na nouemq(ue). Maior sit ternis
minor aureus esto secundus.

Verum t(ame)n formatio illa fallit i(n) omni
mense cuius lunatio est .xxviiij. die
rum. s(cilicet) i(n) febr(uario). aprili. iunio. augusto.
octobri. (et) decembri. i(n) quibus post minore(m)
nu(meru)m maior i(m)mediate locatus sequit(ur)
circa principium m(ensi)s. q(uo)d patet i(n) h(oc) v(er)su.

Mense breuis lune febru(us) est dat octo c(on)iungere.

In isto v(er)su sunt sex dictiones sex me(n)
sibus s(er)vientes quor(um) lunatio e(st) .xxviiij.
incipiendo i(n) medio v(er)sus ubi dicit(ur) fe
bruus. Itaq(ue) quecu(m)q(ue) fuerit i(n)itialis
litera alicuius istar(um) dictionum sup(er)
eandem l(itte)ram i(n) kalendario maior nu(meru)s
sequitur minore(m) sine spatio .i. nul
la litera dimissa i(n) illo m(ense) cui s(er)uit
illa dictio. Verbi gr(ati)a. febru(us) est
p(ri)ma dictio (et) s(er)uit primo mensi cui(us)
lunatio est .xxviiij. s(cilicet) februarius.
(et) f. est prima litera. ergo sup(er) prima(m)
f. m(ensi)s febr(uarii) maior nu(meru)s sequitur
minore(m) i(m)mediate. Similiter sup(er)
prima(m) .e. aprilis. Et sic de aliis.
Sed sup(er) prima(m) .c. decembris maior
s(cilicet) .xvij. sequitur i(m)mediate minorem
s(cilicet) .ij. (et) sup(er) eandem literam q(ui)a est
duplex aureus nu(meru)s q(uo)d designat ge
minatio huius litere .c. i(n) hac dictio
ne c(on)iungere. Item fallit i(n) iulio

(et) aliis mensibus usq(ue) ad ianuarium
i(n) quibus circa finem m(ensi)s .xviiij. sequit(ur)
i(m)mediate ad undenam iuxta hu(n)c v(er)sus.

Iulii (et) reliqui quin(?) [illegible] noue(m)q(ue)
Iungunt undeno sic [illegible] aure(us) ordo.

Item sciendum est q(uod) q(ua)n(do) .xviiij. i(m)media
te sequitur .xi. tunc .viij. qui sequi
tur debet .iij. loco poni. Unde v(er)sus.

Quando [illegible] vidimus dena noue(m)q(ue)
Maiori ternus tunc octonarius esto.

De termino pascali.

De termino pascali t(ra)ct(atu)ri d(ic)atur
i(n)itio. P(ri)ma p(er) claves i(n)di
cas. S(e)c(un)da p(er) etatem lune.
Tertia p(er) tabulas manuales de q(ui)b(us)
qualiter videndum est. Sed p(ri)mo
de clavibus. Et p(ri)mo videndu(m) est
quid sit clavis. Et unde dicatur.
Et unde habeat ortum (et) ad quid i(n)
venta fuerit. Clavis est nu(meru)s
variabilis datus ad i(n)veniendum p(ri)ma(?)
diem principia q(ui)nq(ue) mobilium
festivitatum. s(cilicet) lxx. xl. pasce. ro
gationum (et) penthecostes. Ideo sunt
q(ui)nq(ue) claves (et) quodlibet p(ri)mor(um)
festor(um) h(abe)t .xxxv. dies i(n) quib(us) sem
per celebrantur. A sede aut(em) cuiusl(ibet)
clavis i(n)cipiunt(ur) dies .xi. usq(ue) ad in
tium t(em)por(is) .xxxv. dier(um). p(ro)ut hec
infra patebunt. Et dicit(ur) clavis
a similitudine q(uia) sicut clavis per
claves hostia reserantur ita p(er) istor(um)
p(ri)mum principia talium festivitatum
nob(is) denotantur. Constituto autem
iste claves termino(rum) .a. .xviiij. annis
cicli lunaris (et) septem diebus septi
mane. Unde prima clavis e(st) .xxvi.
Claves autem alior(um) annor(um) sic
formantur. Addamus cum semp(er)
clavi precedentis anni .xviiij. (et)
summa inde proveniens erit clavis
sequentis anni si non superat .xl. Si
vero summa illa superat .xl. abiectis
.xxx. residuum erit clavis sequen
tis anni. Verbi gratia. Clavis pri
mi anni est .xxvi. cui si iungitur
.xviiij. erit .xlv. unde abiectis
.xxx. remanet .xv. qui numerus
est clavis sequentis anni. Et ita
formantur usq(ue) ad .xviiij. annos
p(er) ordinem. q(uia) non proceditur ult(ra)
.xviiij. annos. sed revertitur ad priore(m)

Unde anni clavium aurei nu(meri) (et) epac
tar(um) non differunt quantitate. Dif
ferunt t(ame)n principio. quia ciclus epac
tar(um) incipit a septembri. Ciclus aut(em)
aurei nu(meri) (et) clavium a ianuario. Unde
si vellimus scire quotus sit annus
cicli aurei nu(meri) (et) clavium possumus
scire p(er) divisione(m) annor(um) d(omi)ni factam
sup(er)ius in tractatu seu titulo de epacta.
Invento quotus sit annus clavium
possumus scire que sit clavis illius
anni p(er) hanc clavium regulam. Nu(meru)s ei
[illegible] remanet de divisione annor(um)
d(omi)ni i(n)carn(ationis) debet p(ro)sumi i(n) q(ui)nq(ue)
digitor(um) i(n)cipiendo a pollice (et) si nu(meru)s
t(er)minatur i(n) pollice debemus addere
.xxv. et summa inde proveniens erit
clavis illius anni. Si vero nu(meru)s fi
nitur in i(n)dice debemus addere .xiiij.
Si in medio .xxxi. Si in anulari
.xx. Si in auriculari .vij. Et si
summa inde proveniens excesserit
.xl. abiectis .xxx. quod remanserit
erit clavis. q(ue) additio his v(er)sib(us) co(n)tinet(ur).

Viginti q(ui)nq(ue) .xiiij. plus a se tricenos.
Unde vicena septem digitis p(ro) clavib(us) apta.

Sedes quidem clavium nunq(uam) i(n)venit(ur)
i(n) kalendario nisi sup(er) hanc literam
.c. Prima ergo .c. ianuarii est clavis
septuagessime. Ultima .c. .c. eius
dem m(ensi)s est clavis .xl. Et p(ri)ma .c.
marcii est clavis pasche. Tertia
.c. aprilis est clavis rogationum.
Ultima .c. aprilis est clavis pen
tecostes. q(ue) notata h(ab)et p(er) hos v(er)sus.

Ultima .c. p(ri)ma ianuarii marcii q(ue) s(e)c(un)da.
Aprilis t(er)na tibi signat (et) ultima clavem.

Habita ergo clave anni incipe c(om)pu
tare a sede clavis (et) comple illam i(n)
diebus kalendarii p(er) ordinem pro
cedendo (et) ubi terminabitur ibi erit
terminus solempnitatis. Itaq(ue) in
proximo die d(omi)nico sibi sequente erit
initium solempnitatis cuius e(st) clavis.
Sed rogationes incipiunt i(n) sequenti
die lune. Et si fuerit bixestus cuilib(et)
clavi est una dies addenda. Pos
sumus (et) scire pascales terminos p(er)
etatem lune cuius cognitionem seq(ui)
mur ex (con)suetudine(m) i(n)de [illegible] de
qua talis datur regula. Accipe luna(m)
que est in festo epiphanie (et) per

sic illam procedendo p(er) dies kalenda
rii ordinate usq(ue) ad .xl. dies. Et si
fuerit bixestus usq(ue) ad .xli. Et i(n) p(ro)xi
mo die subsequ(e)nti erit initiu(m) .lxx. Versus.

A festo stelle numerando p(er) sic lunas
Quadraginta dies post septuag(esim)a fiet.
Bixestus q(ua)n(do) fuerit sup(er) additur unus.
Si cadit in lucem d(omi)ni tunc sume seq(uentem).
Si cadit i(n) feria septena sit bixestus.
Linque die d(omi)ni p(ri)mu(m) sumas q(ue) sequentem.

Habita ergo septuagessima terminos
aliar(um) festivitatum mobilium scire fa
cile potes. Nam a septuagessima usq(ue)
ad quadragessimam sunt tres integre
septimane. A quadragessima usq(ue) ad
pascha sunt sex septimane. A pascha
vero usq(ue) ad diem lune rogationum
sunt quinq(ue) septimane (et) unus dies.
A pascha vero usq(ue) ad penthecostes com
putantur quinquies deceni dies. Ter
minum quoq(ue) pascale his v(er)sib(us) scire potes.

Post nonas marcii ubi sit nona luna require
Tercia lux d(omi)ni proxima pasca fiet.

Rursus ubicumq(ue) post .xii. kalendas ap(ri)l(is)
luna .xiiij. invenitur i(n) d(omi)nica proxima
pascha celebratur. Item qualis(cumque)
luna fuerit i(n) k(a)l(endi)s ianuarii talem
habeam i(n) festo b(ea)ti benedicti s(cilicet)
.xii. k(a)l(endas) aprilis. et illam computes usq(ue)
ad .xiiij.am (et) ibi erit pascha hebreor(um).
Rursus ab .viij. ydus marcii usq(ue)
ad nonas aprilis sunt dies .xxviiij.
quocu(m)q(ue) ergo illor(um) luna fuerit p(ri)
ma computetur usq(ue) ad .xiiij.am (et)
ibi erit pascha hebreor(um). Est etiam
alia ratio inveniendi pascha p(er) litteras
lune. q(uonia)m q(ua)n(do) luna currit p(er) .i. erit
pascha d(omi)nica p(ri)ma post nonas aprilis.
Quando currit p(er) .ii. erit d(omi)nica p(ri)ma
post octo k(a)l(endas) aprilis. Q(ua)n(do) p(er) .iii. erit
d(omi)nica p(ri)ma post ydus april(is). Q(ua)n(do) p(er) .iiij.
erit d(omi)nica p(ri)ma post .iiij. nonas april(is).
Q(ua)n(do) p(er) .v. erit d(omi)nica post .xi. k(a)l(endas)
aprilis. Q(ua)n(do) p(er) sex. erit d(omi)nica p(ri)ma post
.iiij. ydus aprilis. Quando p(er) septem
erit d(omi)nica p(ri)ma post .iii. k(a)l(endas) aprilis.
Quando p(er) octo erit d(omi)nica p(ri)ma post
.xiiij. k(a)l(endas) maii. Quando p(er) nove(m)
erit d(omi)nica prima post septem ydus
aprilis. Quando p(er) dece(m) erit d(omi)nica
prima post sex k(a)l(endas) aprilis. Q(ua)n(do)
p(er) undecim erit d(omi)nica prima post

xvii. kl. maii. Quando per .xii. erit dominica prima post pridie nonas aprilis. Quando per .xiii. erit dominica prima post .viii. kl. aprilis. Quando per .xiiii. erit dominica prima post secundo ydus aprilis. Quando per quindecim erit dominica prima post kl. aprilis. Quando per .xvi. erit dominica prima post .xii. kl. aprilis. Quando per .xvii. erit dominica prima post .v. ydus april. Quando per .xviii. erit dominica prima post .iiii. kl. aprilis. Quando per .xviiii. erit dominica prima post .xv. kl. maii. ¶ Tabulas insuper manuales non nulli ad inveniendos pascales terminos confecere sicut Dionisius, Ysidorus et quidam alii; quas diximus dimittendas ne difficultas sit nimium onerosa. Ad ipsos quoque sufficiat carmina inscripta.

Esse grave nobis bello / racem / kaneam.
Bellum sepe gerens / etiam puto / dicat hoste.
Mox aie liraru / rueme / airelingos.

In istis versibus sunt .xviiii. dictiones .xviiii. annis cicli lunaris convenientes prima primo, secunda secundo, sumpto principio a primo anno cicli. Et quota fuerit litera prima dictionis in alphabeto que non designat .iii. m. tota die aprilis computato a mensis principio usque finem erit terminus pasche hebreorum i. luna .xiiii. et in proxima dominica sequenti erit pascha nostrum. Quando dictio designat .iii. m. quota erit eius prima litera in alphabeto tota die marcii computato a mensis fine versus principium erit terminus paschalis hebreorum. Et in primo die dominico qui postea occurrerit descendendo usque finem erit pascha nostrum. Hec autem observando quod karmen et kaneam et in prefatis versibus debemus scribere per k. et hostem debet scribi per h. que in hoc loco pro litera reputatur. ¶ Potest etiam et aliter pascha faciliter inveniri. Pone enim in kalendario tuo aureum numerum sequentem in margine videlicet iuxta .xii. kl. aprilis pone .xvi. Iuxta .xi. kl. pone .v. Iuxta .viiii. kl. pone .xiii. Iuxta .viii. kl. pone .ii. Iuxta .vi. kl. pone .x. Iuxta .iiii. kl. pone .xviii. Iuxta .iii. kl. pone .vii. ¶ Iterum iuxta kalendas aprilis pone .xv. ¶ Item iuxta .iiii. nonas aprilis pone .iiii. Iuxta secundo nonas pone .xii. Iuxta nonas pone .i. Iuxta .vii. ydus pone .viiii. Iuxta .v. ydus pone .xvii. Iuxta quarto ydus pone .vi. Iuxta secundo ydus pone .xiiii. Iuxta ydus pone .iii. Iuxta .xviii. kl. maii pone .xi. Iuxta .v. kl. pone .xviiii. Iuxta .iiii. kl. pone .viii. ¶ Velens igitur terminum pasche invenire adde unum annis domini currentibus, postea divide ipsos quotiens poteris per .xviiii. et si divisio perficiatur in .xviiii. itaque nichil supersit recurre ad kalendarium tuum, et in die illa iuxta quem inveneris scriptum .xviiii. erit pascha hebreorum quod semper celebrant in .xiiii. luna, et in sequenti dominica erit pascha nostrum. Quod si aliquid supersit supra ultima .xviiii. puta .v. vel .x. vel .xv. dies tunc pascha hebreorum erit in illa die iuxta quam scriptum inveneris .v. vel .x. vel .xv. Et sic de aliis premissis numeris dicendum. Et in sequenti dominica erit pascha nostrum quod non potest esse ante .xi. kl. aprilis nec post .vii. kl. maii. ¶ Verbi gratia. Hoc anno computantur anni domini .M.cc.lxxxv. quorum .M.cc.lxxii. sunt recte per .xviiii. divisi. Supersunt ergo .xiii. de premisso numero. Quibus addatur unus et fiet .xiiii. Ubi ergo inveneris in tuo kalendario hunc numerum ibi erit hoc anno pascha iudeorum. In anno vero sequenti erit ubi scriptum inveneris .xv. Et sic usque ad .xviiii. postea redditur ad primum et sic perpetuo fiet. ¶ Per eundem quoque terminum seu modum poteris terminum septuagesime invenire. Pone ergo in kalendario tuo in margine iuxta .xvi. kl. febr. hunc numerum .viii. Item in eadem linea pone .xvi. iuxta .xv. kl. februarii. Pone .v. iuxta .xiii. kl. febr. Pone .xiii. iuxta .xii. kl. febr. Pone .ii. iuxta .x. kl. februarii. Pone .x. iuxta .viii. kl. febr. Pone .vii. iuxta .v. kl. februarii. Pone .xv. iuxta .iiii. kl. febr. Pone quatuor iuxta .ii. kl. febr. Pone .xii. Item iuxta kal. februarii pone .i. Item in eadem linea .xviii. Item iuxta .iiii. non. febr. pone .viiii. Item iuxta nonas pone .xvii. Item iuxta .viii. ydus febr. pone .vi. Iuxta sex ydus pone .xiiii. Iuxta .v. ydus febr. pone .iii. Iuxta tercio ydus febr. pone .xi. Iuxta ydus febr. pone .xviiii. Divisis ergo annis domini per .xviiii. ut premissum est vide quis numerus superest supra .xviiii. et ubi ipsum in kalendario inveneris ibi erit terminus septuagesime, qui semper est in luna decima et in sequenti dominica septuagesima celebratur, que non potest esse ante .xv. kl. februarii nec post .viii. kl. marcii. Sicut nec quadragesima potest esse ante .vi. ydus febr. nec post secundo ydus marcii. ¶ Eodem etiam modo terminus pentecostes invenitur. Pone enim in tuo kalendario in margine iuxta .vii. ydus maii .xv. Iuxta .vi. ydus pone .v. Iuxta .iiii. ydus pone .xii. Iuxta .iii. ydus pone .ii. Iuxta ydus pone .x. Iuxta .xvii. kl. iunii pone .xviii. Iuxta .xv. kl. pone .vii. Iuxta .xiii. kl. pone .xv. Iuxta .xii. kal. pone .iiii. Iuxta .x. kl. pone .xii. Iuxta .viii. kl. pone .i. Iuxta .vii. kl. pone .viiii. Iuxta .v. kl. pone .xvii. Iuxta .iii. kal. pone .vi. Iuxta secundo kl. pone .xiiii. Item iuxta kl. iunii pone .iii. Iuxta .iii. nonas pone .xi. Iuxta nonas pone .xviii. Iuxta .viii. ydus pone .viii. Divisis igitur annis domini per .xviiii. numerum illum qui superest supra .xviiii. quere in premissis locis kalendarii, et ubi illum inveneris ibi erit pentecostes hebreorum quod semper est in luna quarta et in sequenti dominica erit pentecostes nostrum quod non potest esse ante octo ydus maii, nec post ydus iunii sicut nec rogationes possunt esse ante sex kl. maii nec post .iii. kl. iunii. ¶ Potest etiam pascha aliter inveniri per tabulam infrascriptam.

¶ v. xxv. xiii. ii. xxii. x. xxx. xviii. vii. xxvii. xv. iiii. xxiiii. xii. i. xxi. viiii. xxviiii. xvii.

Isti dies representant quosdam dies aprilis et marcii in quibus contingit pascha hebreorum computando dies illos a principio ipsorum mensium. Itaque ipsi numeri a .xx. infra respondent aprili, et a viginti supra respondent marcio. ¶ Hoc ergo vult dicere hec tabula quod in primo anno cicli lunaris est pascha hebreorum in quinta die intrantis aprilis. In secundo anno eiusdem cicli est in .xxv. die intrantis marcii. Et sic de aliis donec numeri ipsius tabule compleantur, postea redditur ad primum annum cicli. ¶ Qualiter autem inveniantur anni cicli dictum est supra ubi agitur de epactis. ¶ Quare festa salvatoris excepto festo natalis sint mutabilia dicitur est in sexta parte libri rationalis divinorum officiorum super festo natalis. ¶ Ultimo nota secundum Ysidorum quod inter latinos et grecos est varietas super termino festivitatis paschalis que provenit quia latini a tercio nonas marcias usque in tercio nonas aprilis primi mensis lunam inquirunt. Et si .xv. luna die dominica provenerit in aliam dominicam pascha protrahunt ut premissum est. Greci vero observant primam lunam ab octavo ydus marcii usque in diem nonarum aprilis.

De ciclis - - - vii.

Quia in plerisque huius libri locis de ciclo mentio facta est. Ideo de ciclo aliqua colligamus. Notan-

dum est ergo quod ciclus est spatium aliquorum annorum in se rediens secundum aliquos numeros. Et dicitur ciclus quasi circulus per duplicem sillabam. Est enim sic vocatus eo quod ordinem digestus sit et quasi in circulum dispositum ordinem conplectatur annorum sine varietate et sine arte. Sunt autem sex cicli. Primus solaris. incipiens in sexto kalendas marcii in festo sancti Mathie constans ex. xxviii. annis continens concurrentes et regulares solares et litteras dominicales et annos bixestiles et cetera. Secundus est ciclus decemnovenalis constans ex. xviiii. annis et incipit a ianuario continens in se aureum numerum et claves terminorum. Tertius est ciclus lunaris incipiens similiter a ianuario habens xviiii. annos. Incipit autem quarto anno cicli decemnovenalis. hunc invenerunt romani ut scirent quotiens luna a sole accenderetur. Sed quia processu temporis hec inventio falsificata est nichil operamur secundum hunc ciclum. Quartus est epactalis incipiens. v. kalendas septembris habens similiter annos. xviiii. continens in se regulares lunares et epactas et annos communes et embolismales. Quintus est ciclus magnus constans ex quingentis triginta duobus annis. Vel secundum aliquos quingentis triginta. secundum quem formatur tabula dionisii. Sextus est ciclus indictionalis constans ex quindecim annis et continens indictiones. Romani enim quia eis aliis difficile erat de remotis mundi partibus venire singulis annis romam ad solvendum tributum per eos provincias indictum. statuerunt quod saltem singulis quinque annis solverentur. Ita quod primo quinquennio apportaret pro tributo ferrum pro fabricandis armis militum et pro re publica pugnantium. In secundo quinquennio argentum pro stipendiis militibus erogandis. In tertio vero aurum pro simulacris fabricandis quibus tunc temporis romani et omnes gentiles sacrificabant ut diis. Et sic semper post aurum quod in anno quinto decimo solvebatur incipiebat quinquennium quo ferrum iterum solvebatur. Et sic erat quasi quidam circulus temporis. Quid ergo romani sic fieri indixerunt ideo illi anni indictio indicti seu indicati sunt de qua dictum est supra. Premissum ergo spatium quinque annorum vocatum est lustrum quia venientibus nuntiis provinciarum cum tributo cum cereis et aliis preciosis sumptibus urbem lustrabant. Et hec de compoto hic dicta sufficiant.

Explicit computus. deo gratias.

Ratio aurei numeri mentetenus recitandi.

Si semper recitare volueris mentetenus numeros aurei numeri totius anni secundum kalendarium incipias a nodo superiori digiti pollicis et descendendo per ipsum invenies in tertio nodo dicti digiti signatum. 3. Et sic invenies primum numerum in kalendario scriptum. 3. Postea procedas per secundum digitum. scilicet indicem incipiendo a parte inferiori ipsius digiti et ascendendo ad ipsius summitatem et revertendo per tertium digitum. scilicet medium in inferiori nodo ipsius invenies scriptum. xi. Deinde revertere per ipsum et tertium digitum et semper quod erit in ultimo nodo tertii digiti scilicet medii erit talis aureus numerus in kalendario. incipiendo semper usque ad. xviiii. Et transeundo numerum. xviiii. revertere ad unum. Et sic prosequere usque ad finem kalendarii totius anni.

Ratio reperiendi quantus currit aureus numerus

Aunis semper breviter et mentetenus reperire quantum currit aureus numerus accipe quinque pro centenario de annis domini et ad id quod tibi superhabundabit a centenariis addas unum. deinde illud totum divide per. xviiii. Et id quod tibi supererit erit aureus numerus illius anni. verbigratia de annis domini M cccc xxi. accipe quinque pro centenario et habebis. xx. Adde. xxi. Et habebis. xxxxi. divide totum. per. xviiii. Et superabundabunt tibi. iii. adde unum et habebis. iiii. Et tantum aurei currit numerus illius anni. Et transeundo. xviiii. relinque illud. xviiii. Et quod tibi restabit proiectis. xviiii. erit aureus numerus illius anni.

In contrasignato circulo cognoscitur quis nus aurei nui currit singulo anno. Nam in M ccc lxxxvii currit nus aurei nui. Et sic vadit secundando de anno in annum per circulum et currendo non ht finem. Aureus nus renovatur semper die primo mensis Januarii.

In circulo contrascripto sunt lre vii scripte in kalendario servientes toto anno diebus ebdomadarum suo luis stare litteras dnicales toti anni sicut in 1392. Et quia sunt scripte sive fuerit diei dnicali in illo anno fuerint due lre propter bixetum. Nam in 6 fuerunt usque xxiiii febr in die bixetus additur. Et ubi ipso die usque per totum annum decebr. E. servivit diei dnice. Et circuendo de anno in annum non ht finem. Ubi autem sunt due lre simul eo anno bixetus additur. Cum autem huius lre servientes diei dnice illico invenies alias lras servientes aliis diebus ebdomade.

In suscripto circulo cognoscitur nus indictionis currens singulo anno. Nam in M cccc xxiii currit indictio prima. Et sic currendo per circulum. Annus renovatur secundum imperium primo Januarii, secundum ecclesiam primo septembris secundum ad indictionem ipsum mensem Januarii precedentis. Si vis breviter scire cursum indictionis, accipias annos dni a Mille Trecentis supra et divide eos cum xii. additis per xv. Et quicquid tibi superbit ultra xv erit indictio.

Ratio pasce per aureum nus et lras dnicales.

Aureus nus

✠	A	B	C	D	E	F	G
1	9	10	11	12	6	7	8
2	6	5	4	3	2	1	1
3	16	17	18	19	20	14	15
4	9	3	4	5	6	7	8
5	6	5	4	3	9	8	7
6	16	17	11	12	13	14	15
7	2	3	4	5	6	1	1
8	23	24	25	19	20	21	22
9	9	10	11	12	13	14	8
10	2	3	4	3	2	1	1
11	16	17	18	19	20	21	22
12	9	10	11	5	6	7	8
13	6	5	4	3	2	1	7
14	16	17	18	19	13	14	15
15	2	3	4	5	6	7	8
16	6	5	4	10	9	8	7
17	16	10	11	12	13	14	15
18	2	3	4	5	2	1	1
19	23	24	18	19	20	21	22

Ratio pasce per aureum nus et lras dnicales

Aureus nus.

✠	A	B	C	D	E	F	G
1	9	10	11	12	6	7	8
2	26	27	28	29	30	31	1
3	16	17	18	19	20	14	15
4	9	3	4	5	6	7	8
5	26	27	28	22	23	24	25
6	16	17	11	12	13	14	15
7	2	3	4	5	6	31	1
8	23	24	25	19	20	21	22
9	9	10	11	12	13	14	8
10	2	3	28	29	30	31	1
11	16	17	18	19	20	21	22
12	9	10	11	5	6	7	8
13	26	27	28	29	30	31	25
14	16	17	18	19	13	14	15
15	2	3	4	5	6	7	8
16	26	27	28	22	23	24	25
17	16	10	11	12	13	14	15
18	2	3	4	5	30	31	1
19	23	24	18	19	20	21	22

Regula huius tabule talis est. Considera literam dnicalem illius anni in quo vis reperire pasca et aureum nus similiter eiusdem anni. Quibus repertis procede per lineam transversalem aurei nui usque per medium literam dnicalem illius anni et ibi erit pasca illius anni ad tot dies mensis signatos in linea aurei nui sub litera dnicali. Et nota quod nui nigri serviunt mensi marcio, nui vero rubei serviunt mensi aprili. Item nota quod nus mensis marcii debes incipere a fine mensis marcii. In mense vero aprilis debes numerare a principio ipsius mensis aprilis.



Alia inventio pasce he
breorum per aureum num.

Aprilis .v. die
Marcii .xxv. die
Aprilis .xiii. die
Aprilis .ii. die
Marcii .xxii. die
Aprilis .x. die
Aprilis .xviii. die
Aprilis .vii. die
Aprilis .viii. die
Marcii .xxvii. die
Aprilis .xv. die
Aprilis .iiii. die
Marcii .xxiiii. die
Aprilis .xii. die
Aprilis .i. die
Marcii .xxi. die
Aprilis .viiii. die
Marcii .xxviiii. die
Aprilis .xvii. die

Regula verissima ad inveniendum pasca
hebreorum per aureum num. Nota a principio
huius tabule .s. ab aprili .v. die. Descen
dendo per aureum num ante scriptum usque ad
num illius anni in quo pasca hebreorum vo
lueris reperire, quo invento aurei num in recto
ad tot dies signatos in mense aurei num
erit pasca hebreorum. Et in dominica pro
xima subsequenti erit pasca xpianorum.
Qua regula completa reincipitur
a b primo capite et usque hic finem.

Ratio pasce hebreorum per quod habetur
noticia veridica pascatis inv.

Nota quod qui currit aureus num .j. semper
pasca hebreorum est quinto die aprilis.
nostrum vero pasca dominica subsequenti.
Item nota quod currente aureo numero usque
ab uno numero usque ad viginti pasca he
breorum est de mense aprili. Et dominica su
sequenti est pasca nostrum. A viginti
vero superius usque ad triginta in quo
aliquo numero erit aureus numerus ibi ad tot
dies erit pasca hebreorum in mense
marcii. Et dominica subsequenti erit
pasca nostrum. Et hec regula
in perpetuum durabit.

Ratio hec habetur per
aureum numerum.

A saver el cambio de la luna a di. a hore. et a ponti.

	3	6	4	1	3	6	1	4	3	2	5	7
✠	lunazo di 31	lunazo di 28	lunazo di 31	lunazo di 30	lunazo di 31	lunazo di 30	lunazo di 31	lunazo di 31	lunazo di 30	lunazo di 31	lunazo di 30	lunazo di 31
Mesi	G	F	M	A	M	G	L	A	S	O	N	D
1432 A	19 616	1 8 339	2 21 1200	30 20 1 9 600 985	30 12 321	29 9 32	28 12 825	27 1 511	25 13 253	25 2 96	23 15 759	23 4 472
B	21 9 515	20 5 978	21 18 691	20 7 409	19 20 122	17 21 95	17 8 623	16 10 366	14 23 49	14 11 942	12 23 500	12 13 599
C	10 13 570	9 13 774	10 7 498	8 16 200	8 9 993	16 7 706	6 6 419	4 19 132	3 7 925	2 20 638	30 22 5 604 351	30 10 858
D	28 23 570	27 12 283	29 1 1071	27 3 788	26 2 500	25 15 114	25 3 7	23 16 770	22 8 428	21 18 147	20 6 939	19 19 652
E	17 10 360	16 2 78	18 9 777	16 22 484	15 11 297	15 23 11	14 11 303	13 1 505	11 14 229	11 12 21	9 15 134	9 4 447
F	7 17 361	6 5 969	7 18 765	6 6 317	5 20 92	4 8 885	3 23 598	21 19 2 17 100 311	29 23 29	29 81	28 8 528	27 13 241
G	26 1 1034	24 23 227	25 3 460	23 6 183	23 4 965	21 17 617	21 6 392	19 19 150	18 7 898	17 2 611	17 9 324	15 22 87
1496 H	14 10 836	12 23 543	14 12 256	13 9 135	12 13 762	11 2 426	10 15 148	9 381	7 16 794	7 5 407	5 18 120	5 6 913
I	3 19 226	2 18 339	3 21 2	2 9 835	31 1 31 22 241 556	30 9 14	29 12 774	28 1 409	26 13 203	26 2 0	25 15 712	24 4 426
K	22 18 185	21 5 931	22 18 544	21 7 347	20 20 701	18 8 853	18 21 516	17 10 299	15 18 197	15 16 992	13 8 418	13 8 168
L	11 21 131	10 9 931	11 0 637	10 11 360	10 0 63	8 12 854	8 1 568	6 14 281	5 2 1074	4 14 587	3 8 418	13 8 168
M	38 1 18 5 718 1065	0 0 0	30 1 30 6 735 431	29 8 939	28 21 751	27 10 314	26 22 76	25 0 870	24 1 596	23 24 296	22 3 9	21 15 92
N	20 14 226	18 17 228	20 5 1027	18 18 700	17 7 447	16 20 140	16 8 53	14 21 600	13 5 317	12 23 772	11 11 885	11 22 88
O	9 13 311	8 2 29	19 14 827	7 3 530	6 16 243	5 4 1036	4 17 749	3 5 462	1 17 175	38 28 1 7 881 368	29 9 394	28 22 107
P	27 10 900	25 23 1034	27 12 362	26 1 788	25 13 832	24 2 545	23 15 256	22 7 1051	20 16 763	20 6 477	18 18 198	18 6 987
Q	16 19 696	15 8 49	16 21 122	16 0 915	14 12 618	13 13 345	13 0 54	11 22 847	10 1 680	9 14 222	8 2 190	7 15 779
R	6 4 492	4 17 226	6 5 909	4 18 122	4 7 424	2 20 137	11 21 8 741 931	30 10 366	28 23 58	28 161	15 9 75	14 22 288
S	24 2 517	23 14 255	24 3 507	22 16 220	22 4 13	20 17 317	20 6 439	18 19 155	17 8 948	16 20 661	15 9 374	14 22 418
T	13 0 880	12 23 694	13 12 506	12 1 19	11 13 812	10 2 525	9 5 239	8 3 1031	6 16 744	6 5 457	4 18 117	4 18 963

Quando pervieni al .T. che si compie el numero .19. retorna ala .A. e cosi seguita in perpetuo
Nota che in .1432. corse litra .A. in 1433 .B. in 1434 .C. e cosi seguita final .T.

Ratio lune per aureum num in kalendario

Si reperire volueris coniunctionem lune per aurei
num in kalendario invenias aureum
num illius mensis in quo reperire volue
ris coniunctionem lune et revertere per dies
preteritos inclusive usque ad dies
quinque et in quinto die in illo mense
renovabitur luna.

Ratio epacte per aureum num.

Si vis scire quotus sit numerus epacte
per aureum num incipias super nodum
de subtus digiti pollicis et dic .x.
in secundo nodo dic .xx. in tercio dic
nulla. Iterum incipe super eundem primum
nodum de subtus digiti et dic
.j. in secundo nodo dic .ii. in tercio dic .iii.
Et sic revolve per omnes nodos di
gitorum usque ad numerum aurei num cum
aureo numero addes numerum illius no
di super que manendo invenies au
rei num et tantum erit epacta illius
anni. Si autem transierit .xxx. id
quod super habundaverit ultra .xxx.
erit numerus epacte.

Tabula de hore e minuti del di artificiale

Meses	G	F	M	A	M	G	L	A	S	O	N	D
dies	hore. m.	h. m.	h. m.	h. m.	h. m.	h. m.	h. m.	h. m.	h. m.	h. m.	h. m.	h. m.
i	15 2	13 54	12 31	10 55	9 33	8 44	8 49	9 48	11 16	12 50	14 18	15 12
ii	15 1	13 51	12 28	10 52	9 30	8 43	8 50	9 50	11 19	12 53	14 20	15 13
iii	14 59	13 48	12 25	10 49	9 28	8 43	8 51	9 53	11 23	12 56	14 22	15 14
iiii	14 57	13 45	12 22	10 47	9 25	8 42	8 52	9 55	11 26	12 59	14 24	15 15
v	14 56	13 42	12 19	10 44	9 24	8 42	8 54	9 58	11 29	13 3	14 27	15 16
v i	14 54	13 39	12 16	10 41	9 22	8 42	8 55	10 1	11 32	13 5	14 30	15 16
v ii	14 52	13 36	12 13	10 38	9 20	8 42	8 56	10 3	11 35	13 8	14 32	15 17
v iii	14 50	13 33	12 10	10 35	9 18	8 41	8 58	10 6	11 38	13 11	14 34	15 17
v iiii	14 48	13 31	12 6	10 32	9 16	8 41	8 58	10 9	11 41	13 13	14 36	15 18
x	14 46	13 28	12 3	10 30	9 14	8 41	8 1	10 12	11 44	13 16	14 38	15 18
x i	14 44	13 25	12 0	10 27	9 12	8 41	9 3	10 15	11 47	13 19	14 40	15 19
x ii	14 42	13 22	11 57	10 24	9 10	8 41	9 4	10 18	11 50	13 22	14 42	15 19
x iii	14 40	13 19	11 54	10 21	9 8	8 41	9 5	10 21	11 54	13 25	14 44	15 19
x iiii	14 38	13 16	11 50	10 18	9 6	8 41	9 8	10 24	11 57	13 28	14 46	15 19
x v	14 36	13 13	11 47	10 15	9 4	8 41	9 10	10 27	12 0	13 31	14 48	15 18
x v i	14 34	13 11	11 44	10 12	9 2	8 42	9 12	10 30	12 3	13 33	14 50	15 18
x v ii	14 32	13 8	11 41	10 9	9 1	8 42	9 14	10 32	12 6	13 36	14 52	15 17
x v iii	14 30	13 5	11 38	10 6	8 59	8 43	9 16	10 35	12 10	13 39	14 54	15 17
x v iiii	14 27	13 2	11 35	10 3	8 58	8 43	9 18	10 38	12 13	13 42	14 56	15 16
xx	14 25	12 59	11 32	10 1	8 56	8 44	9 20	10 41	12 16	13 45	14 57	15 16
xx i	14 22	12 56	11 29	9 58	8 55	8 44	9 22	10 44	12 19	13 48	14 59	15 15
xx ii	14 20	12 53	11 26	9 55	8 54	8 45	9 24	10 47	12 22	13 51	15 1	15 14
xx iii	14 18	12 50	11 23	9 53	8 52	8 45	9 26	10 49	12 25	13 54	15 2	15 13
xx iiii	14 15	12 47	11 19	9 50	8 51	8 46	9 28	10 52	12 28	13 57	15 4	15 12
xx v	14 12	12 44	11 16	9 48	8 50	8 46	9 30	10 55	12 31	13 59	15 5	15 11
xx v i	14 10	12 41	11 13	9 45	8 49	8 47	9 33	10 58	12 34	14 2	15 6	15 10
xx v ii	14 7	12 37	11 10	9 42	8 48	8 47	9 35	11 1	12 37	14 5	15 8	15 9
xx v iii	14 5	12 34	11 7	9 40	8 47	8 48	9 38	11 4	12 41	14 7	15 9	15 8
xx v iiii	14 2	12	11 4	9 38	8 46	8 48	9 40	11 7	12 44	14 10	15 10	15 6
xxx	13 59	12	11 1	9 35	8 45	8 49	9 42	11 10	12 47	14 12	15 11	15 5
xxx i	13 57	12	10 58	9	8 44	8	9 45	11 13	12	14 15	15	15 4

In questa sopradicta tabula se contiene quante hore e minuti ha ciascuno di artificiale. sopra il meridiano di Firence. la cui latitudine dalequinoctiale he gradi . xliii. e minuti . xlviii. E la sua latitudine nel occidente si he gradi . xxxiii. buona mente. Et nota che minuti . lx . fanno una hora.

Ratio aurei numeri. littere dnicalium. lxx.e xl.e pasce. ascensionis. pentec. corporis xpi. residuum dnicarum. et adventus dni.

Aureus numerus	Littere dnicales	lxx.e Janu	Cinis Febr	Pasca Martii	Ascensio Aprilis	Pentec Madii	Corpus xpi Madius	Residuum dnicarum	Adventus dni	
5	d	18	4	22	30	10	21	28	29	
	e	19	5	23	1 madii	11	22	28	30	
13	f	20	6	24	2	12	23	28	1	decebr
2	g	21	7	25	3	13	24	28	2	
	a	22	8	26	4	14	25	28	3	
10	b	23	9	27	5	15	26	27	27	novebr
	c	24	10	28	6	16	27	27	28	
18	d	25	11	29	7	17	28	27	29	
7	e	26	12	30	8	18	29	27	30	
	f	27	13	31	9	19	30	27	1	decebr
15	g	28	14	1 apl.	10	20	31	27	2	
4	a	29	15	2	11	21	1 Junii	27	3	
	b	30	16	3	12	22	2	26	27	novebr
12	c	31	17	4	13	23	3	26	28	
1	d	1 febr	18	5	14	24	4	26	29	
	e	2	19	6	15	25	5	26	30	
9	f	3	20	7	16	26	6	26	1	decebr
	g	4	21	8	17	27	7	26	2	
17	a	5	22	9	18	28	8	26	3	
6	b	6	23	10	19	29	9	25	27	novebr
	c	7	24	11	20	30	10	25	28	
14	d	8	25	12	21	31	11	25	29	
3	e	9	26	13	22	1 Junii	12	25	30	
	f	10	27	14	23	2	13	25	1	decebr
11	g	11	28	15	24	3	14	25	2	
	a	12	1 marzii	16	25	4	15	25	3	
19	b	13	2	17	26	5	16	24	27	novebr
8	c	14	3	18	27	6	17	24	28	
	d	15	4	19	28	7	18	24	29	
	e	16	5	20	29	8	19	24	30	
	f	17	6	21	30	9	20	24	1	decebr
	g	18	7	22	31	10	21	24	2	
	a	19	8	23	1 Junii	11	22	24	3	
	b	20	9	24	2	12	23	23	27	novebr
	c	21	10	25	3	13	24	23	28	

Aureus numerus si cadit in litteram dnicalem . i . in dnicam suppone sequentem . s. dnicam. In 1425 aureus numerus currit . 1. Et littera dnicalis . e. G. Festum sancte trinitatis semper cadit in octava pentec.

Presens tabula est ratio continua pasce. In qua potes invenire quo die veniat septuagessima. Et prima dies quadragessime. Pasca. Ascensio dni. Pentecostes. Festum corporis xpi. Residuum dnicarum a pentecostes usque ad adventum dni. Et prima dnica adventus. Si vero vis hanc tabulam intelligere oportet te de duobus habere notitiam. Primo quis sit aureus numerus. 2o que sit litera dnicalis illius anni. Que duo cognosces de facili per versum rubricatum nigra scriptum sub tabula. que incipit . 1425 . aureus numerus etc. hoc modo videlicet. Primo accipias aureum numerum illius anni in tabula denotati. Quo reperto invenias literam dnicalem illius anni scriptam in tabula post dictum aureum numerum. Et nota hic quod si aliquo anno aureus numerus occurret cum littera dnicali equaliter in una linea et eadem tabula, illa talis litera

dominicalis tunc nichil valet in ratione pasce. Quia semper oportet accipere literam dominicalem subsequentem aureum numerum. Qua litera dominicali reperta in tabula in suo pede discurre per suam rectam lineam per transversum. Tunc videbis omnes celebrationes predictas quas ipsa linea tibi designabit aperte sub quolibet mense et die mensis in tabula designatis. Verbi gratia. Anno domini Mccccxxxv. aureus numerus currit .i. quo invento inveniendi est in tabula litera dominicalis illius anni que est .G. Et ista litera dominicalis G. designabit tibi per suam rectam lineam per transversum celebrationes predictas hoc modo videlicet die .iiii. febr. erit lxx.a die .xxi. febr. erit dies cinerum. die .viii. aprilis erit pasca. die vii. may erit ascensio domini et sic successive usque ad finem linee per transversum ubi in fine ponitur quod .xxvii. novembris erit prima dominica adventus.

Ratio aurei numeri.

spatula vnam bene claram et conueni
enter grossam. In dextro cubito vnam
in manu dextra vna. In quolibet genu
vna et in quolibet pede vnam. Secundo
figura habet stellas x parissabiles.
Dispositio quarum sic certificatur quia
in capite habet vnam bene claram et
grossam. In vtraque mamilla vna
bene grossam et splendidam. In sini
stro cubito duas. In manu sinistra
vnam. In sinistro genu vnam. In
vtroque pede vnam. Et vna alia
in pede sinistro distante aliquantulum
ab alia cuius nomen est tiponoe.
Natus sub isto signo geminorum erit
ingeniosus laboriosus sagax boni
intellectus non multum diues hone
stus queribilis facilis ad bonum et
ad malum varias habebit fortunas
et cito fugaces. In omnibus suis agendis
ad diuersa cor vanum habebit. Melior
erit alteri quam alter sit sibi ipsi

alter natus fuerit sub eodem signo. Si
quam mulier videtur et quam conuerso vir spo
sit vxorem vel ducat nunquam erit firmus
amor inter eos. Et licet habeat bonum
principium per turbabitur cito. Et erit
inter sotios stationis vel nauis vel in
mercatoribus. Vt patet supra in capitulo firma
menti celi. Et hec est forma sui as
pectus in celo.

Cancer

Cancer habet stellas multas inter quas
xviij sunt parissabiles. Dispositio quarum
sic certificatur quia in cornibus anterioribus
habet duas. In pedibus anterioribus magnis
duas claras et grossas due priores que
sunt in cornibus sunt minores et parum lucide
et dicuntur obscure. nomen quarum est hoy
nubillum. honor vero quod circa eundem
cancrum videtur presepium dicitur. In ore
habet vnam. In dextris pedibus singulas
quatuor quarum quatuor sunt obscu
re et dicuntur tenebrose. In sinistro
pede priore habet duas claras. In secundo vnam
in tertio vnam. In extremo minores vnam
in testa duas in cauda tres.
Natus sub eo fortunam habebit vt cancer
habet de vtroque et cetera. Et hec est forma sui
aspectus in celo.

Leo



Leo habet stellas multas inter quas
xxvij sunt parissabiles. Dispositio quarum
sic certificatur. quia in capite habet tres. In
collo duas. In pectore vna multum clara
cuius nomen tylerde. In spina dorsi iii. In
summo caude vna multum claram et
grossam. Sub pectore duas. In sinistro
pede anteriori vna bene claram et splendi
dam. Sub ventre vna bene lucidam
in medio ventri plus prope coxas quam
spatulas i. In medio caude i. In pede
dextro posteriori i. In posteriori genu
crurus sinistri i. Sub capite virgo vna
ante os bene claram. Cuius nomen est canis
quem non leonem attribuitur secundum ymaginem.
Natus in hoc signo habebit fortunam
similem fortune leonis. In omnibus perue
niet ad honorem principis quam moritur
et bona eius diu durabunt quia est
signum firmum et cetera. Vt patet supra in capitulo
quod incipit firmamentum celi et cetera. Et
hec est forma sui aspectus in celo.

Virgo

Virgo habet stellas multas inter quas
xxvi sunt parissabiles. Dispositio quarum
sic certificatur quia in capite habet stel
lam vna obscuram que vocatur na
poenoch. In vtroque humero vnam
conuenienter claram. In summitate cuius
quam alle duas sibi propinquas quarum
due tres sunt parue et obscure secunda quar
ta est clarior et aliquantulum grossi
or scilicet que est in ala dextra prope hu
merum. Et hec stella vocatur porochi
tere. In quolibet cubitu vna paruam secundum
splendidam. In manu dextra vnam
bene claram et conuenienter grossam cuius
nomen est spica. In sinistra manu vna
parua et obscuram in pemi latere sue

grauiora pars sup genua sex paruas et obscuras. In quolibet pede vnam tantum. Tenet preterea virgo sceptrum mercurii in manu quod ostendit dominum. Et dicitur virgo quod nono est dicta. Et habet alas ad significationem sue recessus de loco sedis persona et voluntate cordis. Et hec ultima sphera est forma sui aspectus in celo.

Natus sub hoc signo habebit fortunam et modos virginis. Ut patet supra in capitulo firmamenti celi etc. Et notandum quod plexilo sitis virginis est signum Spermis.

Libra

Libra habet stellas multas inter quas septem sunt perfectibiles. Dispositio quarum sic certificatur quia in lanceola ubi est vnctura stelle sunt tres quarum tertia est mediana altior et lucidior aliis. In quolibet capite fusti balantiarum vna et in qualibet balantia est vna.

Natus sub hoc signo habebit fortunam et infortunium in omnibus per similitudinem ut habet bellans vel iudex seu stateram ut patet supra in capitulo firmamenti celi. Et hec superior est forma sui aspectus in celo.

Scorpio

Scorpio habet stellas multas inter quas .xviii. sunt perfectibiles. Dispositio quarum sic certificatur quia in quolibet cornu sunt due. Etiam sunt septem in capite due priores sunt satis clare et reliqui due obscure ex quibus due obscure sunt in fronte et vna in ore. In dorso tres bene claras in ventre duas. In cauda quinque in aculeo caude due.

Natus sub hoc signo habebit fortunam et infortunium in omnibus ad similitudinem scorpionis. Ut patet in capitulo firmamenti celi. Et hec est forma sui aspectus in celo.

Sagittarius

Sagittarius habet stellas multas inter quas .xviii. sunt perfectibiles. Dispositio quarum sic certificatur. Qui in capite habet duas. In arcu duas in latitudine acuminis sagitte duas. In dextro cubitu vna. In manu dextra vnam. In ventre tertiam vnam bene claram. In spina dorsi duas. Sub cauda duas. In quolibet genu pedum anteriorum vnam. In auribus sunt septem sed parue quare non videntur nisi quis habeat subtilem visum et longum in quo nemo eas videre potest. In caudo quod est sub pede bestie in fronte pedis habet stellas quatuor in summo vna bene lucidum in medio vnam paruam et obscuram in pennis duas scilicet vna in quolibet latere. Et hec est forma sui aspectus in celo.

Natus sub hoc signo non habebit fortunam nec infortunium in omnibus per similitudinem sagittarii etc. ut patet in capitulo firmamenti celi.

Capricornius

Capricornius habet stellas multas inter quas .xxvi. sunt perfectibiles quarum dispositio sic certificatur. Quia in summitate cuiuslibet cornu habet duas. In naribus vnam grossam et claram in capite duas. Sub collo vna grossam que emitteret splendidam. In dextro pede anteriori duas scilicet ad ripam vna et summitate vngule pedis sinistri vna. Super spinam dorsi .vii. sub ventre quinque in summo caude duas.

Natus sub dicto signo habebit fortunam et infortunium in omnibus per similitudinem ut capra vel ut capricornus etc. ut patet in capitulo firmamenti celi etc. Et hec est forma sui aspectus in celo.

Aquarius

Aquarius habet stellas multas inter quas .xvii. sunt perfectibiles. Dispositio quarum sic certificatur. Qui in capite habet stellas duas obscuras multum in quolibet humero vna vel grossam. In dextro cubitu vnam paruam. In sinistro cubitu vnam grossam et bene claram. In utraque manu vna scilicet prope digitos. In utraque mamilla vna. Sub utraque mamilla vnam. In dextro lumbo vnam. In quolibet genu vnam. In dextra tibia vna. In quolibet pede vnam.

Natus sub hoc signo habebit fortunam et infortunium in omnibus ad similitudinem aquarii ut patet etc. Et hec forma sui aspectus in celo.

Pisces

Pisces habet stellas multas inter quas .xxxviii. sunt perfectibiles. Dispositio quarum sic certificatur in celo. Quia piscis qui respicit australes horas habet stellas .xii. bene claras. Ligamentum quo ambo pisces continentur habet stellas .xii. quarum tres sunt versus aquilonem tres versus austrum tres versus orientem et tres versus occidentem circa medium ligamenti. Piscis vero qui respicit partes aquilonares habet stellas .xv. bene claras.

Natus sub hoc signo ad similitudinem piscium fortunam et infortunium habebit in omnibus ut piscis ut patet in capitulo firmamenti etc. Et hec est forma sui aspectus in celo.

Et hec de duodecim signis celestibus dicta sufficiant. Subsequitur de triginta sex ymaginibus celi.

De triginta sex ymaginibus celi. Et primo de ursa maiori et minori cum revolutione serpentis ymaginati cum demostratione eiusdem ymaginis.

Ursi vero dicuntur extremos circa quos spera celi volvitur
pollos nominant, quorum unus
est austrinus, alter septen
trionalis. Australis vero
numquam oritur nobis. Et septentrionalis
numquam occidit. Et in utroque istorum si
gnificata quantitate in stellarum, unde
qui dicitur arcticus, tamen unus est maior
altero. Et sicut greci dicunt signa no
minant arctos, itemque latini eadem
ursas seu pollos appellamus. Ergo
ursarum una est magna, altera parva
et sibi sunt opposite, ut caput unius
sit ad caudam alterius. Ursa quidem mi
nor est in parte septentrionis, maior
vero in parte meridiei. Et probavit
secundum fabulas poetarum morari in triph
catium draconis longissimi sine
alis et pedibus ad instar serpentis.
Et quia iste duo sunt altiora celis
arctica longinquiora et proximius
in celo dicit esse principium utrumque signorum
duodecim. Et perciam naute in
mare navigant cum stello calami
te que semper sua virtute tramontanam
denotant per parvitatem arctus ferri. Igitur
superior celi arcton qui in axe fixus
et septem stellis revolutus ad instar
vehiculi rotatur. Et tantum arcton
est dicere quantum arthofilax seu
currus vel ursa minor. Item quia ur

sa maior notatur elix et minor fe
nix ut in multis auctoribus reperitur.
Ursa maior que quandoque dicitur arcturus quandoque
elix habet stellas multas inter quas
xxiiii sunt parisibiles. Dispositio quarum
sic certificatur. Quia in capite habet
septem, que currum celi facere dicuntur
quarum quatuor sunt pro rotis, due
pro lobis duobus, et una pro temone
curris. In quolibet vero humero una
sed obscura. In ano una. In pectore
unam. In pede dextro anteriori duas
convenienter claras. In summo caude
unam claram. In ventre una clara
In spina dorsi una. In tibia posteriori
duas. In extremo pede duas. Super
caudam tres per parvitatem descendendo.

Natus sub isto signo urse maioris
erit magnus in orbe, potentia, divi
tiis honore et dignitate, et habebit
multa bona vitam trahens diu
in orbe. Et forma sive aspectus in ce
lo denotatur per antescriptam figuram.

Ursa minor

Ursa vero minor que quandoque dicitur arctos
quandoque arcturus quandoque arctofilax quandoque currus
quandoque pollus septentrionalis quandoque tramon
tana et quandoque fenix habet stellas multas
inter quas septem sunt parisibiles.
Dispositio quarum sic certificatur in celo
quia in humero habet unam bene splen
didam in pectore unam bene claram.
In spina dorsi una bene clara. Inter
ne una bene clara. Super caudam tres
convenienter lucidas.

Sunt etiam alie stelle numero x. que
pedis septem precedunt et inde dicitur luce
tes eo quod multum scintillant. Est et
alia stella anterior ubi valde maior
sole licet non sit tante apparentie
quia valde longinqua est a nobis nec
habet in se tantum splendorem propter quod par
vissima videtur et vocatur tramo
tana et quandoque pollus. Inter ambas quoque
ursas est magnus draco ad instar
corpore flexuoso, qui parte anterio
ri revolvitur super ursam maiorem
et parte posteriori super ursam mino
rem. Et habet idem draco stellas pa
risibiles xxxi. quia in capite habet tres

in corpore una. Et a capite usque ad cau
dam duodecim invicem distantes.
Natus sub dicto signo urse minoris
erit valde magnificus in orbe sive
fuerit clericus sive laicus. Unde bea
tus erit in orbe pre omnibus de sua prole
vel regione sive nationis. Et superscripta est forma dictarum ursarum situa
tionis ipsarum in celo.

Draco id est caput et cauda draconis

Draco qui continue recludit utramque
ursam sive utrumque arcturum seu celi
centrum et femineum huius de hic notatur.
Quia caput et cauda eius habent stel
las parisibiles xv. Dispositio quarum
sic certificatur in celo, quia in capite habet
tres parvas et lucidas convenienter
sibi propinquas. Et supra se habet
duodecim distantes ab invicem.
Natus sub isto signo erit mala fide
ut invidiosus, seductor, litigator
exosus, deceptiosus, seminator ziza
nie vagabundus et pauper in habitu.
Et hec est forma seu aspectus in celo.

Hercules

Hercules est ymago celi ad instar
hominis nudi stantis genu flexo manu
sinistra extensa in altum cum gladio
huius in manu dextra corium leonis
in volutum loco faretre continentis

caput hominis barbuti cuius nomen erat
virtopolus secundum aliquos, et secundum quos
dam algos id est vir. Stat idem
hercules genu flexo tenens ramus
dextra ante serpentem circumvolutum
arbori ferenti aurea poma et ser
vimos in memoriam eius. eo quod in
vita sua vicit leonem sine armis
et interfecit virtopolum qui erat
vir fortissimus et custos arboris
supradicte. Hec quidem ymago habet
stellas multas inter quas sunt
vigintiquatuor parisibiles. Dis
positio quarum sic certificatur in celo
Quia in capite habet una bene splen
didam. In utroque humero unam
bene lucidam. In sinistro cubito
una. In manu dextra una. In eodem
brachio unam. In dextra manu
una. In sinistro femore unam. In
dextro femore duas. In coxa dextra
duas. In genu dextro una. In genu
re sinistro una. In pede sinistro
una. In fronte capitis virtopoli
una multum grossam, aliadam
in pedes fassalis pellis leonis du
as propinquas pede. In gladio una
hec est forma seu aspectus in celo.
Natus sub dicta ymagine erit au
dax et fortis plus pauper quam dives
et alterius facilis offensor. In sagit
tario habet principal.

Corona



Corona sive stephanos est yma
go celi habens stellas nonem mul
tum parisibiles claras et lucidas
in toto suo circuitu distantes ab
invicem, que corona fuisse dicitur
de gemmis preciosis et auro dicta ab
adriadna vero sic in signum amo
ris aspiua pendebant crines durior

sor colore de sirico. Dispositio quarum
sic certificatur in celo quia omnes stelle
de corone sunt clarissime
Natus sub hac ymagine corona, erit
alacer pulcer, mundus, ornatus dives
multorum bonorum, vivet semper in letitia
et honore ac diligetur ab hominibus ubique et
multos honores recipiet. Et hec
est forma sive aspectus in celo, et in vir
gine ginetur.

Serpentarius

Serpentarius manens super scorpione
est ymago celi sed aquibusdam vocatur
esculapius qui fuit perfectus medic
qui postquam mortuus fuit arte resuscita
vit secundum fabulas poetarum. Est enim
homo nudus erectus in manibus te
nens serpentem, que videtur velle re
ti pattere in ore. Habet idem homo
stellas parisibiles .xvii. quarum dis
positio sic certificatur in celo. Quia
in capite habet unam bene claram. In
utroque humero una bene lucida et gros
sam. In sinistra manu tres parvas et
parum lucidas. In manu dextra quatu
or quarum due sunt ceteris lucidiores
et grossiores. In utroque lumbo unam
parvam. In utroque genu unam parvam
in tibia dextra una bene clara. In sinistro
latere pede una bene claram et parvam.
Serpens vero que homo tenet in manu
habet stellas parisibiles .xxv. Primo in
superficie oris habet duas. In prima flexu
ra capitis quatuor ad invicem spis
sas. In secunda flexura octo. In tertia
plicatura sex in modum anguli. In
quarta vero flexura usque ad cau
dam quinque. Scorpio vero super
quem stat homo habet stellas .xvii.
quarum dispositio sic certificatur in
celo. quia in quolibet duorum cornuum

habet duas. In ore unam claram. In fro
nte duas. In dorso tres claras. In ventre
duas in cauda quinque. In aculeo cau
de duas.
Natus sub hoc signo vivet plus paup
er quam dives, cum magno labore inge
nii spiritus vel corporis, atque cadet
in periculum veneni quo morietur
toxicatus vel venenatus. In scor
pione circa medium. Et hec est
forma sive aspectus in celo.

Boetes

Boetes qui custos plaustri dicitur
et alio nomine dicitur archas seu arctu
rus eo quod sequitur currum, sive aperi
tur trasmontane partim vestitus
et partim nudus et est capellatus ad
instar villani tenens messurum
in manu ad cuius formam facta est falx.
In altera vero manu tenet stimulum
longum et ensem ligatum ad latus.
Cuius vero sit ymago celi habet stellas
.xxi. parisibiles. Dispositio quarum
sic certificatur in celo. Quia in capi
te habet una bene clara. In utroque hume
ro unam. In dextera manu quatuor
in messe quatuor. In qualibet mamilla
unam bene claram. Sub dextera ma
milla unam parvam et obscuram. In
dextro cubitu unam bene claram. In
utroque genu una magna et clarum que
dicitur arcturus minor. In quolibet pede una
in stimulo tres. quarum una est in puncta
secunda in medio. tertia in fine. Et hec est
forma sive aspectus in celo.
Natus sub hoc signo vivet misere et
tristre plus pauper quam dives et numquam
exibit de labore villanum de villa. Est
in virgine et in libra ad medium.

Agitator sive eriton

Cepheus

Agitator sive eriton fuit primus ho
qui fecit currum in quadrigam et a
lia iuge supposuit. Capra una dona
uit deo templi. Edos portavit pro sa
crificio iovis, quos iupiter sibi nutri
vit. quod totum est ad significandum quod
ho primus opera donavit quibus habeat fruc
tus boni vel mali, propter que opera deus conser
vat illos. Quare nutrivit illos di
cens fiet sacrificium separationis cor
poris ab anima. Homo erat nudus sed
clamide amictus in pede stans super cur
rum que trahebant duo equi primi
et duo boves posteriores. habet in manu dextra
lanceam. In sinistra frenum. super
scapulam sinistram capram et super
brachium sive manum sinistram duos
edos. Cuius vero sit ymago celi habet
stellas parisibiles .xiii. Dispositio
quarum sic certificatur in celo. Quia
in capite habet una in utroque humero
unam sed que est in sinistro ceteris
est grossior cuius nomen est caspar.
In manu dextra una. In sinistra du
as que appellantur edi. In utroque
genu una. In ore primi equi unam
in summo auris sinistri equi una. In ero
pa bovis sinistri una. In pede dextro
anterioris equi una. In pede dextro
posterioris bovis primi una. Et
hec est forma sive aspectus in celo.
Natus sub hac ymagine semper vitam
suam ducet modo rustici vivetis
in villa terram cultans, boves conducens
et plaustrum, magis existens in labo
re quam in requie, prius pauper postea
dives. In prime iuventute erit pauper
sed circa senectutem efficietur dives et mul
tum possidebit. Est circa finem tauri et pri
cipium geminorum et in tertium leonis aliquantulum.

Cepheus est homo bene vestitus habens
ensem cuius vagina pendentem ad
collum et bursam ad cingulum, bene
calceatus tenens brachia extensa
ut sacerdos ad altare. Cuius vero sit
ymago celi habet stellas parisibiles .xv.
Dispositio quarum sic certificatur in celo
quia in capite habet duas multum lucidas
grossas. In utroque humero una. In utroque
cubitu una parva et obscura. In qualibet
manu una bene clara. In angulo tres
in angulo vaginensis usque ad pect
us. In coxa dextra una. In genu sini
stro duas. In pede dextro duas. In pe
de sinistro tres una quarum est in puncta
pedis, relique sunt sibi propinque.
Natus vel receptus in hoc signo erit di
ues et plenus multis bonis et magis vi
uet in requie quam in labore. Sed numquam perve
niet ad dignitatem honoris. Semper
attendet bibere et comedere. Est in cas
tro pro gulla. Et hec est forma sive
aspectus in celo.

Cassepia

Cassepia est ut mulier plenissima
et bene induta sedens super sede hono
ris brachiis iudicis extensis ut te
net sacerdos ad altare, habens pectus
dextrum nudum, et est in manu dextra

fortiter perforata de cuius stigmate cur-
rit quasi rivus sanguinis. Cum vero
sit ymago celi habet stellas parisibi-
les .xiiij. Disposicio quarum sic certi-
ficatur in celo. Quia in capite habet unam
grossam et multum claram. Et in utroque
humero unam bene claram. In dextra
mamillam unam bene claram. In qua-
cumque manu unam bene claram atque gros-
sam. In umbilico unam bene grossam
et lucidam. In sinistro femore duas.
In sinistro genu unam bene splendidam
in quolibet angulo superiori sedis du-
as bene lucidas.
Natus sub dicta ymagine erit for-
mosus. luxuriosus et dives consola-
tore vite sed mala finietur morte
et est in ultimo pisce circa ariete.
Et hec est forma sui aspectus in celo.

Equus vespertinus.

Equus vespertinus qui alio nomine vo-
catur alferus sive pegasus. usque ad
dimidium sui apparere fertur. Et
eius posterior pars latet in pello. Et
sitalbus cum alis elevatis curribus
et pedibus ad currendum. Secundo
quosdam pegassus vocat et
ceteris mellaripen. filia thyonis
conversa in equum, eo quod cerneret facta
gravida ne appareat sexus pars
posterior latet. Cum vero sit yma-
go celi habet stellas parisibiles .xxij.
Disposicio quarum sic certificatur in
celo quia in capite habet unam bene cla-
ram. In facie duas bene claras. In
collo quatuor. In maxilla unam
in alla sinistra propinquante capiti
una bene claram. In humero alle
dextre unam. In medio cultelli ale
dextre unam. In extremis pennis ale
dextre unam. In humero spalle dextre

unam. In summo dorsi unam. In um-
bilico una bene claram. In quolibet
genu unam. Et in qualibet ungula
unam. Et hec est forma sui aspectus
in celo.
Natus sub dicta ymagine erit di-
ves. vagabundus. levis. bene fortu-
natus. bonus. luxuriosus. et ad honorem
perveniet dignitatis vel dominationis
populi. In capricorno.

Andromeda

Andromeda fuit filia cephei et cassio-
phie que cum esset pulcerrima inve-
nis data est a iove qui ipsa vexabatur
libidine, concedere tunc cetui ad de-
vorandum. que suspensa est ra-
mis arbori quercuum inter duos mon-
tes. Et inventa a perseo liberata
est. que amplexans stricte nunquam
voluit parentes videre nec alium
virum, quia ille eam perdiligeret le-
cinter. Et quia sic vexabatur in
transeunte figuratur femina desuper
et masculus ab umbilico deorsum.
Et hoc modo partim erit vestita
et partim nuda perfecta significatione.
Cum vero sit ymago celi habet
stellas parisibiles viginti. Dis-
posicio quarum sic certificatur in celo
quia in capite habet unam valde gros-
sam. In utroque humero unam parvam.
In utroque cubito unam parvam.
In dextra manu unam bene claram.
In sinistra manu unam. In dextro bra-
chio duas bene claras. In zona duas
in superiore tunice duas. In quolibet ge-
nu unam bene lucidam. In dextro pede
duas. In sinistro pede unam. Et hec
est forma sui aspectus in celo.
Natus sive conceptus sub dicta ymagi-
ne erit dives. clarus. gaudiosus

multorum bonorum. luxuriosus. incidet
in multa pericula vite, quibus erit in fa-
mis omnia bona perdens. In primo e
piscis versus aquarium

Perseus

Perseus fuit filius iovis et diane, qui
a iove sic est edoctus quod cum volebat
se transfigurare, transfigurabat se in
avem et equum et rerum aliud. Unde hac
de causa multas habuit mulieres in
potestate sua. Cum quadam vice di-
ctus filio volaret per aera pervenit
ad tres filias forti, et tollens unam
nove anguis per carnes confestim quem
si esset lapidem, ille unde ab aliis vide-
posset et ipsa ab aliis non videri. Et
accepto scuto pervenit ad gorgones
tres sorores omni pulcritudine omnino
consimiles. Prima vocabatur ethene.
Secunda ephyale. tercia vero me-
dusse. Que cum dormirent vise
sunt ab eo. Et timens eas extraxit
caput meduse abscidit et donavit
illud minerve, ut in bello deferret
illud quo magis timeretur ab ini-
micis suis. Illa vero suo pectori
adaptavit illud. Hec ymago figu-
ratur homo nudus portans in manu
caput gorgonis per crines, habens alas
falconis ad pedes in modum cincin-
cato, cum scuto vitreo seu cristallo
cum clamide brevi et fuste in manu
dextra. Cum vero sit ymago celi
habet stellas parisibiles .xlvij. Dis-
posicio quarum sic certificatur in celo
Quia in capite habet unam bene luci-
dam. In quolibet humero unam bene
claram. In cubitu dextro unam. In manu
sinistra unam. In dextro lumbo unam
bene claram. In dextro femore unam
bene claram. In utroque genu unam.

In qualibet tibia unam bonam. In utroque pe-
de unam. Caput vero gorgonis
habet quatuor per circuitum suum. Et in fu-
ste habet unam. Et hec est forma
sui aspectus in celo.
Natus sive conceptus sub hac yma-
gine multa bona habebit in vita sua
cum veniet plurimum dives, potens
honoratus sed vindicabit de inimicis
suis tamen mala morte morietur
per capitis truncatione.

Triangulus



Triangulus est ymago locata inter an-
dromedam et ariete. scilicet sub pedibus an-
dromede et prope collum arietis
huius insunt tres stellas parisabiles
disposicio quarum sic certificatur in
celo, quod in quolibet angulo est una quarum
una est ceteris clarior et grossior
videlicet que est iuxta pedes andromede.
Natus sub dicto signo vitam ducet
multe dubietatis. alteri plus erit
pauper quam dives et si veniet ad aliquem
gradum honoris diu stabit in illo
statu. Et hec est forma sui aspectus in celo.

Clocha sive gallina.

Clocha sive gallina est magna
ymago in celo et nominatur phiades
secundum grecos, sed secundum latinos virgilie.
Causa est quia solent oriri circa

principium veris ut hiades circa principium autumpni/ que sunt quinque stelle in fronte thauri. Sunt etiam septem stelle in posteriora parte thauri/ quarum congregatio dicitur clocha sive gallina stellarum/ nec sunt bene clare et prope una earum/ et ideo non omnes videntur simul ut sunt nisi raro. Dicitur autem quod fuerunt septem sorores et filie ligurgi secundum fabulas poetarum. Quedam ex eis studuerunt occulte mittere litteras Jovi/ ut se copularentur ei propter nobilitatem et pulcritudinem eius. Nomina autem earum sunt hec. Electa. Alcione. Cellone. Astrope. Taigete. Maia. Arapis. Alii dicunt fuisse filias athalantis. Quarum quatuor lascivitate sua habuerunt cum diis et tres cum Jove. Cum vero sint ymago celi habent stellas perisibiles septem scilicet una in capite cuiuslibet septem feminarum. Et hec est forma earum aspectus in celo.

Natus vel conceptus sub dicta ymagine prius quam moriatur perveniet ad gradum honoris et plus versus senectutem quam in alia etate vir sue sapiens erit/ sed mala persona sibi et aliis. potens et multum gratiosus in populo.

Liri instrumentum pulsibile



Liri est instrumentum pulsibile ex cordis factis ex nervis testudinis marine et ex cornibus bovis seu vacce dei appollinis attributum mercurio qui sic dulciter lirum sonavit per eius dulcedinem congregaverunt montes arbores herbe et lapides. Cuius corde sunt septem. Cum vero sit ymago celi habet stellas parisibiles .xi. licet alii dicunt .viii. Quarum dispositio sic certe situatur in celo. Una in quolibet cacumine cornuum habet unam. In utroque humero una. In utroque capite pectoris una. In fundo una parum altiore illis humerorum. In utroque angulo fundi bassi una. In cordis unam circa medium et super cordam dispositam in extremis tenentibus capita cordarum una bene clara.

Natus sub dicta ymagine erit factor et pulsator instrumentorum. Cantor magnus. persona iocosa. Ingeniosa sapiens pauper plus quam dives/ varia fortuna habebit. et sibi sepe fallacem et hec est forma sua aspectus in celo.

Cignus

Cignus dicitur fuisse Jupiter qui quadam vice se transfiguravit et volavit in nimia arte regionis et ibi invenit quandam virginem valde formosam nomine venesdam que aliter vocabatur ledicam quam carnaliter cognovit et vero gravidata ovum peperit de quo ovo nata est hellena pulcerrima feminarum que fuit uxor menelai regis/ quam rapuit paris filius regis priami regis troie/ cuius raptus occasione troia destructa fuit. Cum vero sit ymago celi habet stellas parisibiles .xv. dispositio quarum sic certe situatur in celo. quia in capite habet unam bene lucidam et grossam. In collo una bene splendidum. In alla dextra quinque una quarum est prope collum et est multum splendida. In alle sinistra quinque alias ab invicem distantes. In pectore unam. In cauda unam. In utroque pede unam.

Natus sub dicta ymagine fallacem fortuna habebit/ qui aucupator et piscator erit/ et secundum fortuna aucupatorum et piscatorum semper in fortunatus erit. Et hec est forma sui aspectus in celo.

Vultur volans aquila dicitur

Vultur volans dicitur aquila que ut referunt poete fuit minister Jovis. nomine ganimedes/ qui arte sua in aquilam se transfiguravit. Et quia ceteris avibus plus versus celum volavit/ placuit Jovi/ quapropter inter ceteras volucres eam sibi in sortem ellegit et donavit eidem ut eius visus solis radio non terreat. Quidam poeta dicit quod Jupiter quadam vice se in vulturem transfiguravit/ ut sentiret fetorem omnium corporum defunctorum in quacumque parte orbis/ ut illuc iret velocitatem ad loca ipsorum morientium accedendi ut ibi ex defunctorum mulieribus usurpare sibi posset pulcriores que sibi viderentur. Cum vero sit ymago celi habet stellas parisibiles sex. dispositio quarum sic certe situatur in celo. Quia in capite habet unam bene clarum et grossam. In parte rostri inferioris tres. In pectore unam parvam et obscurum. In pede dextro unam.

Natus sub dicta ymagine erit vagabundus plus dives quam pauper/ nec bene stabit contentus bonis que optinebit/ quapropter erit ribaldus et in finis licet perveniet ad multos gradus laudabiles cursus fortune. Et hec forma sui aspectus in celo.

Vultur cadens sive aquila dicitur

Vultur cadens dicitur aquila. De qua dicit poeta aglostenes quod Jupiter quadam vice se in aquilam transfiguravit et raptens aliquem in astam regionem versus orientem volavit. Et in regione feminea diu nutrimentum habuit in pulcerrimum iuvenem transfiguratus. Qui cum ibi stare delectaretur propter pulcritudine feminarum regionis illius aquila sibi apparuit et illum super se ascendentem cum reduxit ad celum et inter astra collocavit. Cum vero sit ymago celi habet stellas parisibiles quatuor. dispositio quarum sic certe situatur in celo. Quia in capite habet unam stellam bene claram. In quolibet humero allarum unam. In pectore unam parvam et obscuram. Sagittam vero quam tenet sub pedibus dicitur fuisse dei appollinis cum qua interfecit Eycoples et civitatem suam gomorre et sodome subvertit. Cuius stelle sunt quatuor. In puncta e una. In medio una. In qualibet penna una. Super caput eius est iuvenis formosa vestita sed brachiis nudis usque ad medium figurata. Habens in capite stellam unam clarum et splendidam et in humero brachii sinistri una.

Natus sub dicta ymagine erit vagabundus/ attendet ribaldarie licet stare poterit in bono statu. habebit de bonis fortune per multas regiones ducet vitam suam. Et hec est forma sui aspectus in celo.

Cetus .i. balena

Cetus .i. ballena locatus inter ariete et piscem respiciens partes meridiei de qua poeta nichil nisi missus ad ceptheum pro iudicium nereidis quia circa casepia et andromedam exardescebat ut ex eximmia pulcritudine eas devorare deberet. Sed ille non potuit eas quia cum ante liberarentur quam posset ad eas pervenire. Nam ipsam andromedam desperatam et a parentibus inter montes appensam perseus liberavit. Cuius vero sit ymago celi habet stellas pervisibiles xxii. dispositio quarum sic certificatur in celo. In punctum nasi habet stellam unam in fronte unam. In qualibet puncta alarum unam. In cauda quatuor quarum due sunt parvisibiles et due parve et obscure. Subventre sex. Super gibbum a cauda .vi.

Natus vel conceptus sub eo signo toto tempore delectabitur in piscatione marina. Vivet fructu aque vel cum lucro quod acquirit inter aquas vel super aquas. Cadens semper sepe in periculis vite sue et finiet mala morte et numquam efficietur dives sed semper erit pauper. Et hec est forma sua aspectus in celo.

Eridanus

Eridanus vel nillus secundum quosdam vel gyon vel padus. Figuratur ut homidus quasi in flumine iacens locatus inter cetum et orionem, tamen aspiciat partem aquilonis. Et dicitur quod cum esset in curru solis et pulsaret canonem sole dormitante equi trahentes currum erraverunt quia cursu debito non regebantur. Unde ille eridanus decurru cecidit in flumine et secum adducens flammas radiorum solis quasi totam terram combusit et combusisset nisi in flumine cecidisset plenus maximo timore altitudinis unde cecidit et velocitatis cursus fluminis. Alii dicunt quod cum impediret cursum solis sono canonis quia equi attendentes sono canonis exierunt a debito itinere non durabat. Ob quam causam iratus iupiter cum percussit et in flumine prostravit. Unde ardens fulgore radiorum solis exeuntibus ardore omne genus hominum illius regionis combusit propter pitham et devorationem. Ibi erant septem sorores virgines pulcerrime. phetonsi filie et lune. que cum sigillum pietate commote flevierunt amare et in arbores que dicuntur populi sunt conversi. Et earum lacrime in electuarium singulare. Quarum nomina sunt hec. Meroppe. Elie. yrarel. Asperie. Fabe Ethne. et diospe. Erat ibi ibi rex ligorie qui cum hec videret flevit et propter hec indignatus iupiter ipsum convertit in cygnum. Propter hec arbores populi nascuntur iuxta rivos aquarum et manent morbide penes aquas. Cignus vero delectatur vivere in aquis et iuxta rivos aquarum senuitur. Et cantando ad similitudinem instrumenti canonis moritur. Unde alii figurant hominem bene vestitum et sonantem canonem sedentem super priorem sedem curruis. Et alii hominem nudum iacentem super aquam fluminis. Cuius vero sit ymago celi habet stellas multas inter quas sex decim sunt parvisibiles. dispositio quarum sic certificatur in celo. Quia in capite habet septem per modum circuli. Circa brachium dextrum extensum quinque. In puncto culli. una. Iuxta coxas. In plica pedis una. In genu dextro una. In cruce pedis una. Et figuram habet hominis nudi percussi a iove ut supius assignatur.

Figura sonantis canonem



Figura sonantis canonem mulier est sedens in cathedra bene vestita et canonem sonans. habet stellas xvii. In capite .iiii. In spatula tres. In tertia duas. In omnibus ultima septem. Unde in hoc signo dicitur esse alter signum multarum stellarum luce multa ornatum. Cuius nomen est canopus seu ptholomeum quia tangit temonem navis argos.

Natus sub eo signo quiescet et vivet in orbe, efficietur pulsator instrumentorum et erit oculator, et ei multa bona attribuentur sua bonitate. Et bene finiet vitam suam. Et hec est forma sua aspectus in celo.

Delphinus.



Delphinus vero multum distat a capricornio et sagittario. Hic quidam voluit amphitritem in coniugium ortam que iupiter indignatus ipsum expulsit cum neptunno mose. Qui aufugit ad athalanti et accepit unam de filiabus suis. Ex quo omnes adiis essent corrupte. Et ob hoc iupiter cum exaltavit in astra licet dudum cohabuisset cum illa quam duxit in uxorem. Cuius vero sit ymago celi habet stellas parvisibiles novem. dispositio quarum sic certificatur. In ore habet unam. In pectore duas. In penultima tres .s. duas in spina et unam in ultima. In spina dorsi ubi incurvatur duas.

Natus sive conceptus sub hoc signo libenter commendabitur cum certe scribet videbit et audiet novitates magnas viator erit multis nocens seductor plus erit pauper quam dives et tamen vivet sine grandi labore corporis et erit multum sapiens. Et hec est forma sua aspectus in celo.

Orion.

Orion est magnum signum in celo locatum ante vestigia thauri et dicitur orion ab urina vel aurina .i. ab inundatione aquarum quia per suum ortum circa principium hiemis cuius ortu maretur batur valde ventis pluvia et tempestatibus. Quod signum latini vocant iugulum eo quod sit armatus ut gladius stellis luce terribilis atque clarissimis que dum bene fulgent serenitatem in aere diu significant permanere. Et cum obscurantur imbres et tempestates timent. Fuit enim vir fortissimus filius neptuni et heuriphiles et ab eo fuit sibi datum posse stare tam super aquas et undas et super terram et colles. Hic aperuit iter per mare et veniens europam rapuit filiam enopionis valde pulcram. pater vero illam cum [illegible] ... banivit quam eum de confinibus suis. Venit ad vulcanum et ibi datus est ei caballus infernalis qui portavit eum ad ortum solis. Cum vero sol recepit oculi lumen caliorum et sibi restitutum tunc reversus ad enopione itravit sub terram volens se vindicare. Ter

ri autem timuit et recepavit unde oportuit ipsum aufugere inde et iuit per
tam urbem. Diana cum reperisset
et dixisset sibi quod ibi non venaretur
propter hoc ibi non stetit. Indignata ex
hoc terra peperit signum scorpionis
quod hodie noscitur inter astra ut
ipsum morderet in monte. Sed quia iam
fugit ab eo, Diana collocavit scorpionem in celo propter magnitudinem
eius. Alii dicunt quod cum quidam
dominus vovisset Iovi quod si posset tercio
filium daret sibi holocaustum .xx.
annorum. Cui dixit Iupiter: excoria vitulum signatum et pelle
circumvolve virginem, victum septem
diebus et nascetur tibi filius cuius
nomen erit Orion. Et talia alia dicunt.
Cuius vero dictus Orion sit ymago
celi habet stellas parisibiles .xvii. dispositio quarum sic certificatur. In capite habet tres, quarum una media est clarior ceteris. In quolibet humero una bene lucida. In dextro cubitu
una parva et obscura. In manu dextra
una. In cingulo tres. In gladio quem
tenet in manu tres. In utroque genu
una. In utroque pede una.

Natus sub hoc signo erit dives, sapiens, audax, fortis ad nocendum alteri facilis, libenter portabit arma,
viriliter offendit, cadet in multa pericula in vita sua, cuius vita pluries erit
in dubietate et insecuritate. Et hec
est forma sui aspectus in celo.

Canis

Canis est quadruplex, scilicet in celo, in terra, in aqua et in egritudine. Canis
celestis est duplex, scilicet maior et minor.
Maior dicitur alio nomine Sirius, et minor
dicitur Anticanis. Sed cum sol intrat in

minori calor duplicatur et egritudines
in corporibus generantur quibus ad
exitum multi pereunt. Et propter hunc
canem dicti sunt dies caniculares
.xl.ta quorum regimen principiat ydibus
Iulii, quorum influentia vel vincit
vincuntur corpora vincitur peste. Verum
est quod secundum qualitatem iacentium commutantur. Nec canis ortus est noxius
nisi regnante leone. Quando non
natus est hic canis stellator fuit usque
ita quod non posset inveniri. Fuit enim prius
vulpes quam Iupiter convertit in canem
et Ycario dedit in donum. Hic Ycarius
fuit Atheniensis, qui veniens in antiqua regione pastoribus ostendit
hunc canem et eis consuluit quod semper
secum canes haberent qui eorum bestias
fideliter custodirent et defensarent.
Bibentes autem pastores cum Ycaro
facti sunt ebrii, et cum se ab Ycaro
reputassent deceptos ipsum Ycarum
occiderunt, ad quem canis accessit
et ululando eius plagas lingua lingens ipsum resuscitavit. Postea
Iupiter ad preces canis Erigonem
convertit in virginem et Ycarum in Arcturum et eos locavit in astra celi.
Unde cum Ycarus oritur serpentissimas tempestates facit et nembas in mari et in terra generat et
effundit. Idem contingit cum oritur
Anticanis. Cuius vero sit ymago
celi habet stellas parisibiles viginti,
dispositio quarum sic certificatur.
In capite habet unam bene clarum que vocatur Sirius. In lingua unam cuius
nomen est Sirius, et est grandis et
bene clara, cuius calore totus aer
circa terram inflamatur. Et tunc
fiunt calores interpollati. In collo duas. In utroque humero unam sed parvam
et obscuram. In pectore duas. In
pede sinistro anteriori tres. In pede
dextro posteriori unam bene clarum.
Super spinam dorsi duas. Sub ventre
tres sibi propinquas. In sinistro femore
et spina. In pede sinistro posteriori
unam. In summitate caude unam.

Natus et conceptus sub hoc signo erit
rixosus, invidiosus, blanditor, subplantator, clamosus, infidelis, amans

suis inquisitor honorum alterius, negotiationis vagabundus, plus pauper quam dives, nec dabit se arti magice fatigationis. Et hec est forma sui
aspectus in celo. Lepus.



Lepus locatus est inter Orionem et Anticanem. Et dicitur quod in insula Lepor nullus
erat lepus. Sed cum quidam iuvenis
ad studium Egipti perrexisset emit leporem pregnantem, quam secum in suam
patriam detulit et cum diligentia
nutriviit. Hec peperit, cuius fetus
taliter multiplicavit quod olera ortorum
totaliter destruebant. Alii vero dicunt
quod prius fuit canis Orionis, sed quia
fugit ab eo et ivit ad Iovem, Iupiter
ipsum mutavit in leporem propter suam velocitatem. Cuius non sit ymago celi
habet stellas parisibiles septem. Cuius
singularum dispositio sic certificatur. In
summitate cuiuslibet auricule habet unam,
in pectore duas, super dorsum unam bene
clarum et grossam, in posterioribus pedibus duas.

Natus vel conceptus sub hoc signo erit
timidus, pauper, vagabundus, infortunatus, multa loca calcabit pro suo
melioramento et parum sibi valebit ut
lepori. Et hec est forma sui aspectus in celo.

Navis



Navis Argos sic appellata locum
tenet in celo post caudam magni
canis, sub pedibus leonis et ante
caput ydre. Quam vir nomine Argo
primus fabricavit et ausus fuit in
eadem temptare maria, cuius exemplo
cetere naves sunt fabricate. Unde
cum ante ipsius fabricationem mare
incognitum fuisset hominibus, per ipsius navis
structuram omnibus fuit notum.
Cuius vero sit ymago celi habet stellas parisibiles .xxvi. dispositio quarum
sic certificatur. In capite mali posteriori habet duas. In puppi .iiii. bene
lucidas. In quolibet temone deorsum
.v. parvas et aliquantulum obscuras.
Circa arborem magnam quatuor claras
sub carina .v. testudo est ad proram
navis dextra hic stellas quatuor
parvas et multum obscuras. De quantitudine facta est lunaceli.

Natus sub hoc signo delectabitur esse
nauta, marinarius et vivere de lucro
maris temptando multas provincias maritimas, in quibus ei prosperabitur et consideratur sibi in ea. Tamen
plus erit dives quam pauper. Et hec
est forma sui aspectus in celo.

Astronoth.

Astronoth dicitur fuisse domina maris alio
nomine vocata Thetis et Mare Occeani. Alii
dicunt quod fuit nutrix Iunonis. Cuius
forma talis est: Mulier media habens manus plenas et pugillos bene
clausos et elevatos. Infra umbilicum est quadruplex animal habens sub
ventre quatuor mamillas plenas.
Et est locata inter coronam et Herculem.
Cuius vero sit ymago celi habet stellas parisibiles parvas .ix. dispositio quarum sic certificatur. Inca

pite habet septem obscuras. In utraque aure duas obscuras. In humero dextro unam obscuram. In pectore unam claram. In pede dextro anteriori unam obscuram, in coxa sua posteriori unam claram, circa femur duas. In pede sinistro posteriori duas obscuras. In cauda tres obscuras.

Natus vel conceptus sub isto signo erit homo pius, placabilis, dives, et multis annis efficietur pauper, multa bona habebit in vita sua, et bene faciet bonis. Et hec est forma sua aspectus in celo.

Demon meridianus vel galasia

Demon meridianus appellatur iste figura, que dicitur galasia, celum cingens per medium, cuius una levatura est in gemini, altera in sagittario. Etiam lacteus circulus appellatur propter suum candorem, et paulatim volvitur sicut celum, hinc diversos aspectus, quare non semper tenet unam faciem firmam. Et licet in ea parte sint multe stelle et varie in aspectu, fertur quod in ea parte regnant collegia spirituum sapientissimorum. Et est quedam sedes eorum velut galaxia, de quibus valde timendum est. Phisicus dicit a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, et ab incursu et demonio meridiano. Cadent a latere tuo mille, et decem milia. De ista galasia multe sunt opiniones poetarum, sed hec est verisimilis quod est circulus lacteus propter candorem eius, eo quod coniunguntur duo emisperia celi.

Natus sub hoc signo semper erit infirmus, miser et pauper et indesolatarum gentium. Unde vitam suam ducet in hospitali, et hostiatim mendicando requiret cibum suum. Et hec est forma sui aspectus in celo.

Piscis magnus.



Piscis magnus subsistens pisceum parvum dicitur esse ad alius signum piscium qui in zodiaco sunt constituti de uno duodecim signis. In stagno bete veneris filia que cum nimis esset lassa in flumine cecidit, et precepto iovis conversa in ipsum stagnum conversa in piscem, numquam separatur ab animalculo suo, qui semper eam defert in omnem partem aquarum, quam ob suam formositatem appellabant deam. Postquam vero cecidit et in piscem conversa fuit, in ipsius nomine constituerunt piscem argenteum quem in templo adoraverunt pro deo cum decore magno in festo sacrificantium. Locatus est hic piscis in parte australi scilicet inter aquarium et pisces, ut de piscibus orientibus ordinis duodecim effluerent continue in potu urina acciperent que est signum effusionis aquarum. Cuius vero sit ymago celi habet stellas parisabiles duodecim. Dispositio quarum sic certificatur. In musso habet unam. In fronte unam. In spina dorsi duas ab invicem bene distantes. Sub barba unam. Sub ventre quattuor. In cauda duas. Piscis parvus habet stellas quattuor quarum tres sunt in branchiis et bene clare, in dorso unam bene claram. Prope caudam una parva et obscura.

Natus vel conceptus sub hoc signo libenter piscabit pisces inter aquas, et vivet de fructu aquarum, et numquam erit dives sed semper vitam suam ducet ad modum piscatoris. Et hec est forma sui aspectus in celo.

Puteus vel sacrarium

Puteus qui alio nomine dicitur sacrarium dicitur esse signum nam Zenitem prope corpus sequitur caudam scorpionis inter astra. Et dicitur poetice quod deus antiquus orbis primitus fecerat in eo invocationes et sacrificium cum esset locus secretus intrinsecus, et locus plenus spiritibus multe sapientie, aquorum astutis pauci vix evadunt. Et quibus sunt fortiores ceteris ad opus nigromantorum in omni regno requiruntur, vates eis obedientes in arte phytonica illi libenter invocant quos reperiuntur sibi in suis agendis valentiores. Sed quia iidem spiritus phitonici sunt multis penis ignis afflicti, hac de causa nigromantici studiose requirunt puteum intueri, sive stellas eiusdem ut eorum auxilio plenius operentur optata. Dicitur autem a multis quod ex illo puteo exeunt fulgura in modum lampadum et suspicte tonitruales opere spirituum infernorum. Cuius vero sit ymago celi habet stellas parisibiles quattuor, quarum distinctio sic certificatur. In superficie flammarum de ore putei exeuntium sunt due et due parum sub ore putei.

Natus sive conceptus sub eo signo erit grossus ingenio ad capiendum bonum sed ad constringendum spiritus faciendum in rubrica coniurandi mulieres et alia arte magica facienda erit ingeniosus et sagax. Et in vita sua semper plus pauper quam dives. Et hec est forma sui aspectus in celo.

Centaurus

Centaurus dicitur fuisse filius saturni ex ore phylire, qui quando fuit in nocte ex. Inquietavit filiam iovis nomine dulcamarina nutricem nepte et similiter matrem philirum filiam oceani, utraque que incipit indignatione propter tanta scelera ipsius convertit italem figuram. Nam ab umbilico supra est vir et abinde inferius equus. Hic quidem coivit cum phylire saperida et genuit ex ea chironem qui fuit summus medicus inventor artis medicine. Hic quidem chiron genuit filiam que ubi orta fuit conversa est in arborem que dicitur salix. Adhuc vero chironem vel esculapius conversum regnum ab umbilico deorsum et ab eo artem didicit medicine. Achilles ab eo didicit pulsare citharam, et hercules astronomiam. Sed cum quadam vice centaurus pateret impediunt sagittarium, qui eum in pede vulneravit una sagitta. Et volens elevare alium pedem ut sagittarium percuteret, iupiter ipsius equum convertit in thaurum ut amplius sagittarium cernere non valeret. Et esculapium discipulum eius ypulit habitare in lacum aque, quidem dictus est ypocentaurus, a quo ut dicitur ypocras summus medicus medicine artis totaliter accepit. Cuius vero sit ymago celi habet stellas parisibiles XVII. Dispositio quarum sic certificatur. In capite habet duas parvas et obscuras

ris. In quolibet humero una clarum.
In dextro cubito una. In manu dextra
unam. In pectore una. In spina dor-
si duas. In ventre duas bene sple-
didas. In dextro lumbo una bene
lucidam. In cauda tres. In quolibet
genu posteriori duas. In utroque
armo una. In quolibet pede anteriori
unam. Alii dicunt quod hec ymago
est media homo et media equus
ad velociorem cursum. Et ipse vir tenet
in manu sinistra lanceam ad quam
pendet lepus mortuus. Ad cingu-
lum habet ensem. In dextra vero ma-
nu tenet vesticulam inversam no-
mine tereon et ysopis i. venie et
ydriam vini aceti ex quo dili-
barunt in sacrificio sibi facto. Vel
thuribuli thuris ad significan-
dum aspectu putei vel sacrarum.
Unde in eodem sacrario videtur cen-
taurus velle sacrificare aralia
que defert. Bestiola quam centaurus
tenet inversam in manu habet stellas
parisibiles .x. dispositio quarum
secundum certificatur. In capite habet duas
quarum una est bene clara. In spina
dorsi una bene lucida. In cauda duas
In summitate pedis sinistri posterioris
una bene splendidam. In pede dex-
tro anteriori una bene clara.

Natus vel conceptus sub hoc signo
erit pro pluribus fortis audax et cautus
delectabitur vivere ornate et furare
alteri et nemini nocere. Quia perveniet
ad gradum magni honoris et regi-
mini civitatum. Et hec est forma
sui aspectus in celo.

Serpens vel ydra.

Serpens qui alio nomine dicitur ydra
super cuius caudam corvus moratur
aspiciens urnam que est in medio
ydre locatam, ut narrat centaurus
virginem et librum. Astrognidez cor-
vus missus fuit et tellum appo-
lonis, qui missus ab eo ad quen-
dam fontem ut adduceret sibi
aquam, ut ex ea dii biberent in
libamine Iovis, cum invenit
grossos ficum, ubi permansit do-
nec grossi maturarentur. Viden-
tes autem dii dilatione corvi fe-
cerunt sua libamina. Unde con-
firmatus grossis a corvo, ipse cor-
vus cognoscens errorem suum
a Iove in diligentiam perasset et ille
sibi preparaverat, tamen et in penam
adiunxit ut non biberet aquam.
Hic corvus dum per septem annos
moram fecerit super caudam ydre
stantis in aquam et continuo respi-
ceret urnam vacuam quam por-
tavit ex templo. hanc quidem
urnam ydra implevit aqua, sed
quia urna erat multis fora-
minibus perforata, aqua ex ea late
recipiens odorem nimium refer-
rebat, eo quod ipsa urna dum
esset in templo continuo stetisset
manna et balsamus causa liba-
minis. Cum vero sit ymago
celi habet stellas parisibiles
quadraginta sex. dispositio quarum
secundum certificatur. In capite habet
duas. In prima flexura sex.
una quarum est parvior et obscurior
aliis. In secunda flexura tres.
In tertia quatuor. In quarta
due. In quinta usque ad caudam
octo bene lucidas et claras. Super
os urne sunt due. Sub labiis ur-
ne sunt due obscure. Per singula
latera tres. In profundo due.
In capite corvi est una clara. Super
alam sinistram due. Super caudam
due et in quolibet pede unam.

Natus vel conceptus sub hoc signo
multa bona habebit in vita sua
nec sciet nullis bene servire.
Unde videbitur plurimum stultus
quare perveniet ad magnas rerum
necessitates. Unde famosus
erit per diversa acta et agenda

Et hec est forma sui aspectus in celo.

Anticanis vel Acon.

Anticanis grece dicitur aon vel procion et
est lucidus ante maiorem canem quia antece-
dit leonem per viam nam et leporis in celo
unde prius oritur anticanis quam canis
maior, a quo dies dicuntur caniculares.
Et est signum lacteum defixum pertingens
equinoctialem circulum tendens ad ca-
cumen sub gemini. Oritur enim cum leo
occidit exorto capricornio. Dicitur fa-
bulose quod fuit canis orionis ad capi-
endum lepores et pedites in campis.
Cum vero sit ymago celi habet stellas
parisibiles tres. In collo una val-
de splendidam. In pectore una bene
splendidam. In summitate amborum
humerorum una bene lucidam. Sed
que est in collo est grossior ceteris.

Natus vel conceptus sub eo signo erit
fidelis alteri et sagax. In eundo velox.
Subtilis inquisitor negociorum alterius
et multum se vindicare sciet de suis
inimicis. Vagabundus erit et plus
pauper quam dives et tamen diligetur
ab omni persona. Et hec est forma sui as-
pectus in celo.

Equus secundus.

Equus secundus cum sex aliis formatur
quarum due sunt magne ad hume-
ros scapularum et due sunt parve po-
site iuxta ripas pedum. De isto
equo dicunt poete quod fuit pheid
geminus phebi. qui postquam tradi-
derant terram puerum, respici-
ebant ad lune preces quas se du-
lo Iovi mandabat. Et nec amplius
se intromittere audebat in arte
patris, nec pater pro eo consentit
et preciabat aliam ut fecit lune
que eius phebi filia dicebatur et
licet esset filia saturni. ipsum phe-
dum commutavit in equum parvum
et debilem, que locavit inter vir-
ginem et leonem et sagittarium, ac de-
dit portare vexillum in memoriam
consolationis singularis restitute.
Caret enim stellis parisibilibus
sed quedam sunt in vexillo.

Natus vel conceptus sub hoc signo
semper erit dives et honore dignus
tamen nunquam obtinebit dignitatem
sed vagabundus fiet, bene habebit
omni tempore, nec divitie sibi defi-
cient, famosus erit multarum
divitiarum et magni status. Et
hec forma sui aspectus in celo.

De terrebelo sive triplo.



Terrebellum sive triplum est si-
gnum parvum in celo. Ex duabus
mansionibus lune consertum videlicet
ex quindecim et sexdecim procul a
capite illius mansionis que di-
citur anath. Cum vero sit ymago celi
et latens tamen habet stellas pari-
sibiles quinque, duas in manubrio
tres in ferro. ad cuius similitudi-
nem fabricatum quidam putant
esse triangulum, quod non est verum.

Natus vel conceptus sub eo signo
plus erit stultus quam sapiens quia

diuicijs habundans, et quandoque in paupertatem cadens, et in despectum gentium cause stultitie sue. Et hec est forma sua et aspectus in celo. Vexillum

Vexillum est signum in celo multe efficacie volentibus se exercitare in querendis et attendendo aucupationi, edificationi, sive litterarum sculpture et picture, et cum sit de natura leonis et sagittarii. Unde aliqui voluerunt quod sagitta que est sub ventre sagittarii sit vexillum, et aliqui terrebelum, et aliqui volunt quod sit eius hasta firmata in ore equi sedi qui est semper locatus inter leonem virginem et sagittatorem. Sciendo quod in eius fine multe currunt spera [illegible] moriantur motu quorum humanum genus valde perturbatur latenter et publice. Cum vero sit imago celi habet stellas perspicibiles quatuor quarum dispositio sic certificatur. In puncta ferri est una, in medio aste una. In tela vexilli due.

Natus sub isto signo erit alti cordis et prius quam moriatur erit capitaneus castri et rexatus belli. Timebitur in populos honorabitur multum. Plus erit dives quam pauper. Et hec est forma sua et aspectus in celo.

Explicit tractatus de triginta sex ymaginibus celi. Sequitur de septem planetis id est luminaribus firmamenti.

De septem planetis que sunt luminaria firmamenti celi et de motibus eorum per firmamentum.

Luminaria firmamenti celi sunt multa, inter que septem planete principatum optinere noscuntur, quorum duo ceteris radianciora sunt sol et luna, quorum sol diem illuminat, et luna noctem cum stellis. Sed apud grecos dicuntur planete, sed secundum latinos dicuntur corpora errantia, non quod errent cum suos cursus continue faciant iuxta dispositionem summi artificis, qui sibi iussit discurrere ut faciunt signa celi. Nobis autem videntur errare propter diversitatem eorum motuum sub firmamento, cum interdum sint in austro, interdum respiciant septentrionem. Motus quorum est contrarius motui celestis spere, nec unquam cum modo feruntur. Ultra nomina greca alii hec nomina posuerunt ipsis planetis, scilicet Cronos saturno. Ethonos iovi. Artis marti. Affrodis veneri. Ermis mercurio. Aliter dicuntur ipsorum nomina hoc modo. Phenona sive rogal seu almitacal saturnus. Phethon sive almustari iupiter. Piroys vel almerich mars. Phoros seu acara vel hesperus venus. Stil seu aothareth vel alcerus mercurius. Phedos vel se[mi]nine luna sol. Alatinaz seu altonath luna. Igneus acari caput draconis.

Et est notandum quod planete quandoque interdum comantur secundum unumquemque sol nec luna. Unde illi quandoque quando monstrant caudas, sed iste duo circulos vel coronas in circuitu suo quod quando contingit est signum rerum magnarum futurarum. Nam Iupiter et venus si sint aliqua coniuncti optima bona mundo pronunciant, et plus iupiter quam venus. Sed saturnus et mars gravissima mala orbi pronunciant eventura. Ut sterilitatem, pestem, famem, guerram, occisionem, obsessionem, proditionem, eversionem et cetera. Communiter autem frigoris sicca fit propter saturnum et caloris fervens per martem. Illud autem fit magis vel minus secundum signum in quo utrique presidet. Significatio mercurii est in bono vel malo secundum planeta cui adheret, et idem dicendum est de eo.

Similiter sol unquam coronetur vel obscuretur aut colorem transmutet in turpiorem pessimum signum est futurorum. Si autem in melius vel corona sit similis auro tunc bonum signum est. Vel si luna unquam coronetur vel obscuretur aut transmutet colorem in peius est malum signum futurorum et econverso. Simile contingit de aere, quando aer bene purus et clarus est signum bonum rerum. Ut quando arcus in nubibus generantur vel amplius uno, quandoque sint directi sint fortes et multe efficacie quando vero retrogradi nichil valent ad ea que sibi attribuuntur.

Saturnus



Saturnus sic figuratur habet faciem longam macram et deformem et frontem ut senex calua et capillos canos, barbam longam, vestem ferrugineam, falcem in manu, ensem et gladium ad cingulum, scutum in brachio et galeam in capite, se pergunt in faciens sicut marti vestitus corio cocto. Et ut peccata melius denotentur. Hec est forma sua et aspectus in celo.

Iupiter

Iupiter sic figuratur habet faciem pinguem et bene compositum in omnibus et convenienter colloratum, similem homini .xl. annorum, habens capillos flauos barbam

par auctum birretum et in filum in capite. galerum ad spallas, aurotheras in manibus, anulos cum gemmis in digitis, bursam adcingulum. vestes vt iudicas cum palio fixura tus in vna manu lilia in alia rosas, manet honestus intuens martem. Et vt pdca melius denotentur hec est forma sui aspectus in celo.

Mars

Mars sic figuratur habet faciem longam et iuuenem carnosam, oculos grisos, capillos crispos et rubeos, barbam politam, cerueloriam in capite cum amerio. in manu lanceam et scutum ad collum, vsbergum in dorso, lamas in pectore, schenerias in cruribus, balistam paratam, et carcassum sagittis plenum, ferociter intuens saturnum. Et vt predicta melius declarentur hec est forma sui aspectus in celo.

Sol

Sol per se ipsum mouetur sub firmamento motu naturali vt rector in pectore et libertatis mouens spiritu proprio. Et non vertitur cum mundo sicut nec alius planeta de numero septem sed per agit circulum suum in obliquitate circuli zodiacum quod per firmamentum eius influentiis non solummodo habet effectum super terram, sed in ventre terre presentia eius semina et radices sub terra germinant et metalla componuntur, sine quo naturaliter quicquam nequit habere sue perfectionis effectum. Sol dicitur eo quod sit solus in magna luce, et quod eum solus deus disposuitur quia sicut per eum totus mundus illuminatur, et est pariter bonis et malis vtilis quibusdam, et inutilis illis qui eum nolunt, ita est de deo et domino nostro ihesu christo filio eius. Hunc solem gentilles appolinem dicere voluere a quo ipsum esse accepisse arbitrantur. Appollo enim grece perdens dicitur latine. eo quod feruore suo siccam omnem virentium decoquendo perdat herbarum. Hunc etiam diuinationis deum esse voluerunt, siue quia sol omnia obscura manifestat in lucem. seu quia suo ortu vel processu et accessu in orbem multimodis significationibus sum monstret effectum. Pingitur singulariter sine barba quia statum suum non mutat crescendo vel decrescendo vt luna que modo crescit modo decrescit. Non est firma modo rotunda etc. Vnde semper iuuenis est et crescens ad opus suum sine labore vt oculus ad videndum et auris ad audiendum et cor animalis ad viuificandum.

Locatur in quadriga vt per quadrigam notetur annus continens quatuor temporum diuersitates, per quem currit et annum integrum perficit. Simile de causa figurantur quatuor equi ipsam quadrigam trahentes quorum duo vnam partem orbis respiciunt et alii duo aliam. Quia totum tempus aut est estas vel simile estati. Aut est hiemps vel simile hiemi. Aut ver vel simile veri. Aut autumpnus vel simile autumpno. De coloribus equorum et effectu eorum supra patuit supra. Sol maior planeta deamus cum orbem mundi in manu sinistra et coronam accensam tribus flammis in manu dextra ad significandum lucem lucidissime trinitatis, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum

Et in eadem manu sinistra habet habenas equorum trahentium quadrigam suam. Et hec est forma sui aspectus in celo.

Venus

Venus sic figuratur habet faciem mulieris formosam, non longam nec ex toto rotundam mediocriter pinguem albam et coloratam, oculos varios, mamillas elleuatas, capillos flauos, vestes pulcras fixuratas et gemmatas, in manu dextra lilium et in sinistra rosas. honeste intuens mercurium. Et hec est forma sui aspectus in celo.

Mercurius

Mercurius sic figuratur faciem habet mediocrem. Capillos rufos et parum crispos, clamidem pulcerimam circa collum. In manu dextra virgam duplicatam rubeam ab summitate frondibus. Librum clausum in manu sinistra sedens in regali cathedra et super duos cussinelos pulcerimos et habet in cathedra post spatulas cortinam honorabilem, intuetur saturnum modestissimo visu. Et vt predicta melius denotentur hec est forma sui aspectus in celo.

Luna

Luna terre vicinior est omnibus planetis et signis, vnde a breuiori circulo celerius peragit cursum suum. Nam quod sol facit in vno anno temporis omnia signa celi peragrando, luna facit in terra in vno mense. xxvii diebus et octo horis. Sciendo quod sol mouetur in vnoquoque signorum duobus diebus decem horis et dimidia hora est duobus punctis plus. Luna vero in vnoquoque signo mouetur duobus diebus et dimidio ac vix viii horis spatio.

Luna proprium lumen non habet quo sit radialis vt est in aspectu sed ipsum lumen radiale percipit a sole inmutuo. Vt sol a summo celo in quo sedet sanctissima trinitas in maiestate sua. Et secundum quod luna est in aspectu solis longinqua vel propinqua est lucida vel obscura formas diuersas et instabiles omni tempore nobis demonstrans. De luna multe fiunt questiones, sed illis omissis dixerunt aliqui lunam esse corpoream, siue corpus rotundum lumen a sole percipiens, et non plus nisi tantum ab eo sibi concedit, et tantum a sole descendit et igne tur ardore. Cum vero ipsa est ex aduerso contra ipsum ipsa velut speculum non videtur sed ymaginem solis reddit, et pauci veritatem palpant, sed plurimi in hac dimicantur errore. Vnde certum est quod luna patitur defectum si inter ipsam et solem interueniat vmbra. Hac enim luna crescente vniuersa germinatia pullulat humencia tumescunt humor et omnis speus temporalis auget et tumescit. Decrescente autem tempore defluctuatur fit

defectus ea deficiente. Gentiles enim
quondam lunam dianam regem magnam
solis quem apollinem nuncupabant
fuisse dixerunt et sicut a sole spiritum
seu vitam sic a luna se corpus papere
arbitrabantur et dicebant eam esse
viarum presidem et virginem eo quod ubique
nichil pareat ideo figuratur cornu-
ta quia ut cornua sunt mobilia ad
flexuram ita est luna mobilis for-
mans tenens cornua super vel infra.
In manibus eius figurantur duo arcus
vel due faces hac de causa quia sicut
sol illuminatur a celo et lumen re-
ceptum aspergit deorsum in terram quod
aer clarificatur et res manifestiores
appareant per loca ita luna fulgat
de lumine a sole recepto. Facies enim
ipsius fit triplex ad similitudinem tri-
nitatis lumine cuius illuminatur omnis
homo veniens in hunc mundum. Figura-
tur super bigam per quam denotatur
velocitas sive cursus qui est veloci-
or cursu solis. Adhuc in hac ergo biga
quidam figurant duo animalia scilicet unum
equum album et alium nigrum quibus
significatur dies et noctes vel estatem
et hiemem eo quod ipsa plus clare lucet
in estate et hieme quam vere et autumpno
et magis in nocte quam in die. Notatur
luna differentialiter tribus modis
scilicet diana. lucina. et proserpina. Unde
diana quasi duana dicta est pro eo
quod die et nocte in cello apparet. Lu-
cina quia lucet. Et proserpina quia
lucet in nocte apud inferos. Patet
ergo quod luna tribus modis figuratur
et sic trina. Quidam sic conspicentes
lectum appropriant bige quam
trahit ut dicunt par boum pascentium
herbas eo quod ipsa continuo patitur
aliqua accidentia augmenti vel
defectus velut biga patitur mo-
tum operationis et cursum. Item par
boum patitur labores continuos tra-
hendo bigam variam vel homi-
stam aut curtam et par dimit-
tuntur dormire cum tempestive et
in galliciano ad pascua conducantur.
De predictis tribus virginibus
ita poete dicunt. Tria virgi-
ni diana .i. celestis terrestris et

infernalis. Quia ut dictum est supra
Quia in eius augmento infirmi
sentiunt detrimenta humorum.
hoc est rosarum vermiculorum que pro-
pter nimia humiditatem crescunt in eis
et mulier fit inter animalibus et fru-
ctibus et herbis ortorum et pratorum ab sce-
dunt. Arbores abscisse in augmen-
to lune propter humores conclusos
in eos nutriunt carolos et ab
scisse fistulantur in terra ut patet
in silvis etc. Lumen radiationis
ipsius nocet animalibus in nemoribus
commorantibus eo quod animalia de ra-
pina plus venantur in nocte quam
in die ut sunt lupi et vulpes. etc.
et velut bubo et nicticorax. Talia
enim animalia dormiunt in die et vigi-
lant in nocte propter quod habitur odio
ab aliis animalibus. que de die vigilant
cibum querunt. verbi gratia lu-
pus odit ovem et e converso aves diur-
ne odiunt aves nocturnas odio
capitali. De saturno.

Expositio habitudinis plane-
tarum est talis. Signum
falcis saturni significat
virorum acceptionis totius
bone fortune in illo qui nascitur sub
eo consignando singula que sue
necessitati tollat de loco et remanet lacu-
belmus significat divitiarum fortunam
quia super saturnum non est pla-
neta. Et qui natus sub eo habebit
spem alterius bone fortune habende.
Vetustas saturni significat eius
fugam prosperitatis et bone spei.
sed etiam adversitatem de uno
quoque. Spata significat unam
prosperitatis contra adse nisi pro mo-
dum guerre et sue defensionis non
ut bonum habeat sed noceat alteri nocu-
mentum sibi non veniat nec venire
possit. Scutum significat appa-
rentiam in extraneis cognatis sub
eo habeat quedam quibus videatur
quod sit potentior quam sit et possit
multa facere que non potest.
Barba longa significat modum
honestatis et bonitatis. Unde habet
figura non habet ipse aliud signum bone for-
tune ita quod det nato sub eo spem

habendi aliquam prosperitate. De Iove.

Iupiter autem habet in anticipatione
et angulorum quando aurum habet
in concordiam. Propterea
deum ab architectoribus quando
arbores perdantur post tres neo-
rolentur in hedificiis constructe et sian-
tea redantur eodem anno incipiunt
carolam .i. ipulueterum revertitur et sic
debilitantur ut bene sciebat haben-
dantes lapides in parietes suis gem-
ma pretiosa et translucida mire
tatis patenter ostendens motum
lune secundum varietatem candore mireo
ac forma eiusdem lune per omnes dies
transmutatur. Et sicut propterea est fora
lune secundum petrum simonem eius. Su-
pra propterea figura dat omnes habitus
bone spei omni nascenti sub eo. Un-
bi rectum significat statum et fortuna
bone fame et bone spei de pace et secu-
ritate boni status quod semper unam
habet habendi divitias. Virga signi-
ficat dignitatem in divinis et aliis
multis ut est pretium civitatum et
capitanearum castrorum. Manastrum
significat viam efficie dimidie doctor
legum et sapiens in bono. Cirotece
quas tenet in manibus significat consola-
tionem vitam et sibi et aliis. Bur-
sa significat divitias temporales. Natus
sub eo signo dives erit nichil
sibi deficiet nec cadet in guerram.
Ex suo affectu amabitur ab omni
persona in omni gradu sue etatis de-
necedunt. De Marte.

Mars habet in sua figura omnes
habitum male spei de unoquoque
ad omnem hominem qui na-
scitur sub eo. Cimeria si-
gnificat fortunam tendente parata
reddere bonum valente esse bonum et
pacificum. Nam super se habet Iovem
qui sibi promittit bonum qui du-
possit esse bonus et noluit oportet
ipsum uti armis omnibus ad nocendum
alteri et in sui defensione. Et ideo
arma que habet descripta et figurata
denuntiant guerram malignam pote-
tia et furore etc. Quare natus sub
eo signo prout sunt arma eius similiter
in bonitate paucam et malitia multa.

De saturno quando est dominus
anni vel quadrature ....

Saturnus est planeta nostre stel-
la qui cum forte fuerit do-
minus anni vel quadrature
secundum signum et locum signum
eius est iudicandus fortis dominus
sed debilis hominum revolutionis anni
vel quadrature. Nam per se principa-
liter significat multa mala et paucam bo-
na in orbe et principaliter illis qui-
bus preest ut sterilitatem terre
et grande frigus aquarum congelatione
in hieme pluvias et carestiam aquarum
rivulorum et fluminum in estate tem-
pestates multas per loca paucitate
fenum herbarum et ortorum perditiones et
multe seminationis. Interea care-
stiam rerum et victualium ut panis vi-
ni olei sepi arvinge cere pannorum
lini et lane canipaci bombicis
lignorum palearum carbonis calcis
laterum et tegularum. Significat quod
prelia campi seditiones et discor-
dias inter civitates multis et ca-
stella egritudines tamen mellancolie
ut febres quartanas et morbos tar-
de curationis et plagas. mortali-
tatem per loca in hominibus senibus et pregna-
tibus mulieribus atque bestiis. ut
omnibus hominibus qui faciunt sucrai
et in piscibus. Significat quod mor-
talitatem in bestiis minutis ut
formicas muscis scorpionibus
araneis culicibus apibus vespis.
in sepis super rivos aquarum factis.
Significat quod grandem seren-
tatem aeris prosperitatem et bonam
fortunam hominibus senibus qui sunt
in dignitatibus constituti contra suos
rebelles. Significat quod grandem mul-
titudinem bruine fugam lune in
cantoribus qui utuntur mercationibus
eorum que Iovi attribuuntur et mar-
ti quando permittit illas mercatio-
nes sui cursum hec sicut de capro
stagno scarlato equis etc. Boni
lucrum in captionibus saturninis
et mercatoribus eius ut in venden-
tibus ferrum plumbum ligna etc.
ut patet in capitulo Iudicii saturni supra
pro significare a multitudo maxime

lorum concipietur laicus animan
tibus et multi ex eis erunt saturnini
et fortunati de natura et proprietate
te saturni. Unde multi erunt pauperes
et infirmi et in mundo sine honore.
Quod totum iudicatur plus illis
regionibus que sunt subiecte cele
stibus partibus illius signi in quo
cepit hec duratio quam aliis.
Unde si fuerunt in parte orientali
pera fient plenius illis qui sunt
in oriente. Et ita de aliis partibus
mundi penitus est dicendum. De Io-
ue quando est dominus anni vel quadrature.

Iupiter planeta est et non stel
la et cuius sorte fuerit dominus
anni secundum signum et locum signi
est iudicandus fortis dominus
et debilis hora revolutionis anni
vel quadrature. Nam ipse princi
paliter significat multa bona
omnibus viventibus in suo gradu et
specialiter illis quibus preest ut
fertilitatem terre ex omni genere
que nascuntur in terra ut in arboribus
plantis. Unde in orbe significat pa
cem fieri et inter multos discordes
treugam et concordiam inter do
minos papam et imperatorem
si fuissent in rixa. Sanitatem
hominibus letitiam in populis laico
rum temperatam pulcrum tempus
pro maiori parte anni. Paucita
tem tempestatis pluviarum frigo
ris nivis atque glaciei. Bonam
seminatione camporum. Multitu
dinem tritici leguminum vini et
frugum terre fieri feni lignorum
et palearum arborum fructuum omnium
pratorum nuptias sponsalia ca
tus solatia societate ubertatem
et piscium carnium omnium apium cer
minis ascuto. Significat etiam
bonum omnium. Mercatorum pannorum
nobilium et bassorum lucrabuntur.
Multi exibunt de debito creditor
ibus et quasi omnes artifices de
artibus suis et laboratores ad pau
lucrabuntur et bene facient. Ha
bundabit stagnum argentum et aurum
bonum forum quasi de omnibus rebus.
Concipientur multi masculi et

nascentur qui sequentur per fortuna
bonam eorum consensu ab omnibus. Effi
cientur homines divites et ipsorum qui
dam erunt religiosi et quidam mer
catores nobilium mercationum
et alii ad rem plurimis quam moriantur
magnates erunt et coronati ut epi
abbates archiepiscopi et cardinales.
De marte quando est dominus anni vel quadrature.

Mars est planeta et non stella
qui cuius sorte fuerit dominus
anni et quadrature secundum signi
vel locum signi est iudicandus
fortis dominus et debilis hora revolutionis
in introitus sui regiminis. Nam ipse
principaliter significat in orbe ter
restri multa mala et commotiones
devenire ut lites rixe hodia que
re inter multos plia tempora dis
cordias inter civitates et castella mul
torum innovationes obsessiones do
morum arsiun in aere seu grandia
cum mata egritudines in pueris in
iuvenibus mala seminatione aut
latrocinia multa homicidia et sus
spicione imperatoris et regis humo
ris et suorum fidelium circa apllam.
Significat perditione granum vini et
multarum frugum cum tempestatis
tonitruorum et superfluum caloris in aere.
In maiori parte mundi fortia tonitrua
multitudine fulgurum hieme calida
nivis et glaciei paucitate sanitati
hominum paucam febres acutas et
mala egritudines causa caloris
paucitatem pluvie nisi signum erit
taliquia sicca domorum horribilis
lucionis. quia tunc significat
multitudine pluviarum sepe per
annum sui regiminis. Habundantia
lucri in bestiis minutis magis
quam in magnis et in iuvenibus magis
quam in senibus pericula navium in
mari fertilitatem rami. Con
cipientur multi homines quorum mul
ti erunt latrones ribaldi homi
cide et mulieres meretrices. Ut in
capitulo martis supra dictum est. De sole
quando est dominus anni vel quadrature.

Sol est planeta et non est
stella qui cuius sorte fuerit
dominus anni anni vel quadra

ture secundum signum et locum est iudicandus
fortis et debilis hora revolutionis et in
troitus sui regiminis. Nam ipse principaliter
significat in mundo pacem treugam
concordiam et rationem iustitie inter litiga
tores ut inter populum et imperatorem aut
regem sibi rebellem. Bonum tempus de omni
re temperamentum aeris in omni etate an
ni et bonum forum quasi omnium rerum fertili
tatem fructuum terre ut ortorum pra
torum et frugum arborum divitias omnibus
mercatoribus mortalitatem in multis
generibus volatilium terre ut in gal
lis et bobus ac porcis habundantiam
mellis lucrum mercatoribus de bestiis
magnis plus quam de minutis leguimi
num paucitate multum inventione thesau
rorum et auri. Multi quidem homines nasci
entur masculi qui in natura et proprietate
te alios solares dilim. Ideo multi ex
eis erunt grandes in statura vel in
rapinguis et albi divites honora
ti aliqua dignitate plationis laico
rum vel clericorum et sequidam erunt
marchiones quidam cives et divites
honorati iudices legum etc. De Ve-
nere quando est domina anni vel quadrature.

Venus est planeta et non stella
que cuius sorte fuerit domina anni
vel quadrature secundum signum
et locum signi est iudicanda
fortis domina vel debilis hora revolutio
nis et introitus sui regiminis. Nam ip
se principaliter significat multa bona de
venire in orbe et specialiter illis regionibus
quibus preest ut inter civitates castel
la rixe aut lites treugam seu pa
cem et concordiam pulcrum temporis
et plus humidum quam siccum in omni etate
anni et grandem habundantiam usu
fructuum terre ut ortorum arborum
atque plantarum sponsalitiorum et mul
titudine gaudii cordis animum ba
sia amplexum societatem diversorum
bona semina agrorum multos pere
grinates et motus mercatorum et ap
parentiam bone fortune mercatori
bus qui vendunt mercantiam ut ibi
das bella bursas tricas vestes
fripatas cendalia monilia spec
colorum setta lavandias trichas
pistores manitergia etc. ut patet

supra in capitulo veneris etc. In eodem
vero anno sui regiminis concipient
multe femine que erunt amatrices
pulcre cantatrices vane lascive
luxuriose rufiane lavatrices et
meretrices absque marito. Et que
cerabunt homines bonos maritos.
Unde etiam qui nascentur pro
maiori parte efficientur iocula
tores vel domorum domicelli lusores
ad aleas ribaldi cantores etc.
quod totum plus deveniet illis
regionibus que sunt subiecte mul
tibus celestibus partibus illius signi
in quo venus cepit hec duratium
quam in reliquas nisi fuerit in par
te orientali. pro dicta fient plenius
illis qui sunt in oriente et ita de cete
ris partibus mundi. De mercurio
quando est dominus anni vel quadrature.

Mercurius est planeta et non
stella qui cuius sorte fuerit
dominus anni vel quadrature
secundum signum et locum signi est
iudicandus fortis dominus et debilis ho
ra revolutionis et introitus sui re
giminis. Nam ipse principaliter si
gnificat in orbe grande ministerium
boni et mali multis et diversis et
specialiter illis qui sunt in regio
nibus quibus preest. Unde significat
suo dominio in eodem anno grande
habundantiam pluviarum et nivi
um tempore hiemis et grande frigus
mortalitatem in bestiis minutis et in
avibus et in apibus omnibus omnium
pullantibus capris etc. Multitudi
nem scabierum lumbricorum et ven
tris solutiones multorum proditiones
ac raptorum prius quam nascantur et in
puerorum partus prelatores irregu
lares et factiones pactorum inter
illos qui sunt patefacti concordes.
Significat motus discordie et iniurie
inter magnates et barones prelati
scilicet clericorum et laicorum mortalitate
mulierum relevatione dectorum et so
latium et per influentiam fortuna
lucri crescit magistris scolaribus
atque mercatoribus et parum valiture
tis et cordonibus pauperibus et prin
cipaliter illis qui vivunt vilibus

mercatorum et parvi valoris ut revenditores victualium. Et in eodem anno concipiuntur multi mercantiales et ideo significat quod ex eis multi erunt pauperes. In supremo significat clericos religiosos et sapientes in scriptura pictura sutura sculptura et laborerie propria speciosa in artibus diversis ut sacerdotes parve prebende, ligoniatores terre fossores pictores scriptores miniatores vitrifices lignifices strictores custodes et cetera. Significat quoque convenienter ubertatem et bonum forum victualium vestimentorum calciamentorum lucri sacerdotibus et clero magis quam religiosis atque religiosis. Quod totum plus significat et conveniet illis qui sunt subditi signo et parti signi in quo est pars religionis. Unde si fuerit in triplicitate orientali precipue fient plenius illis qui sunt in oriente et ita de reliquis partibus mundi.

De luna que est domina anni vel quadrature.

Luna est planeta et non stella que cum forte fuerit domina anni vel quadrature secundum signum et locum signi est iudicanda fortis domina et debilis [illegible] revolutionis et introitus regis sui. Nam principaliter significat per se in orte multa bona fortune et multa mala in fortuna deveniunt et specialiter illis regionibus quibus preest. Unde iudicandum est et dicendum quod ipsa significat eodem anno variam fortunam prosperitatis et adversitatis eo quod fragilis est et vincitur cum sibi advenerit similitudo sui augmenti vel sue diminutionis. Significat etiam multas infirmitates precipue cum dominatur in hominibus et animalibus flegmaticas paucitatem brume et nivis pluviarum multitudinem scabiei et lumbricorum pediculorum et aliorum vermium in animalibus in foliis arborum herbarum et plantarum habundantiam liquorum ut vini olei frugum mellis lactis in terra nascentia in frugibus quibus multi fructus arborum et ortorum perdentur et [illegible] destruentur precipue. Infirmitates in bestiis et plus in minutis quam in magnis ut in apibus vermibus a serico et ovibus. Mortalitas insurget inter populares [illegible] hic videbunt dum habeant initium et [illegible] significat grandem ubertatem hic pratorum et feni multitudo. Concipientur eodem anno qui erunt plus pauperes quam divites quorum alii erunt sutores alii textores alii sutores domorum et monasteriorum alii pistores ribaldi rufiani et omnes vilis artis et parvi honoris. Mulieres erunt ex eis multe pedisseque rufiane tabernarie venderitule lavatrices drapporum meretrices textrices et pauperes divitiarum et status honoris. Quod totum plus significat convenire illis qui sunt subditi signo et parti signi in quo est luna qui recepit dominium quam reliquis. Unde si luna fuerit triplicitate orientali fient plenius illis qui sunt in oriente et ita de reliquis partibus mundi penitus est dicendum.

Notula doctrinalis de domino anni. Dominus anni omni anno dicitur solis in capitulum [illegible] regimine et ducatum de mense martii xii vel xiiii die ad exitum. Et ille planeta dicitur esse dominus anni vel quadrature qui prius intrat suo vigore descendens in primum minutum signi arietis hora mutationis et revolutionis circuli anni. Et tamen adiectione quod sit bene dispositus dextre et sinistre de quo iam dictum est in precedentibus. Deo gratias. Amen.

De notitia signorum tonitruorum que fiunt in anno secundum quod signa luna regnat in signo.

Secreta iudicialium artis sunt valde dispersa in capitulis librorum et ideo gravissimum est ea invenire sine vitio erroris. Dixerunt quidem periti ut caldei egyptii et arabes quod si regnante luna in ariete tonaverit signum est quod venti validi regnabunt eo anno et quod erit habundantia frugum et magna contentio in populis multarum regionum. Mors erit etiam in infantibus et mulieribus et per loca diversa egritudines personarum [illegible] fructus parvarum arborum pauca ut citoniorum persica et [illegible] volucrum ac piscium habundantia ovium et apium perditio. Et si regnante luna in thauro tonaverit dicitur quod in eodem anno erit sterilitas fructuum arborum et terre mors in malis hominibus et proprie in militibus et rusticanis tempestates variabunt ubertas vini et terremotus erit. Et si regnante luna in geminis regnaverit tonaverit dicitur quod in eodem anno erit caristia et ideo fames precipue frugum inopia invenietur in triticis [illegible] vinorum quam mulierum et ortorum fructus habundantia. Et si luna regnante in cancro tonaverit dicitur quod rectores ad invicem litigabunt multa contentione ut reges presides et in concordia multa erunt et duo luminaria turbabuntur super aliqua climata. Et si regnante luna in leone tonaverit dicitur quod fetus omnium peribunt annona erit bona et vili precio mortalitas erit in adolescentibus navigantes patientur naufragia et multe guerre commovebuntur per plures regiones. Et si regnante luna in virgine tonaverit dicitur quod grandis infirmitas regnabit in gentibus id est multi homines infirmabuntur precipue multi senes et parvuli morientur pueri atque puelle noviter corrupte et corrumpende negotiatores rex terre et precipue acres bene lucrabuntur. Et si luna regnante in libra tonaverit dicitur quod precipue multi potentes morientur habundantia frugum erit terra male reddet fructuum speratum mulieres corrupte sepe lucrari poterunt et alique prosperabunt in desideriis suis. Et si luna regnante in scorpione tonaverit dicitur quod annona erit cara venti fortes et dampnosi regnabunt quorum copia fructuum arborum sepe cadet tempestas dampnosa multe naves periclitabuntur et luminaria [illegible] magna significabunt radio in corona. Et si luna regnante in sagittario tonaverit dicitur quod in eodem anno illi climati ubi hoc fiet erit habundantia iocunditatis et solatiorum in nuptiis et [illegible]. Mors contingent inter magnates contentiones et litigia commovebuntur in provinciis naufragia erunt in mari et in fluminibus in aqua debili pericula terra bene fructificabit locusta erit habundantia et ceterum in campis et ortis que fructus mox ledent. Pax tractabitur vel fiet in multis regionibus. Et si luna regnante in capricornio tonaverit dicitur quod malum signum est illis regionibus vel gentibus climatis. Unde magnates eodem anno inter se versabuntur et etiam rectores aliqui convenient ad pugnam rex vel regnorum fiet transmutatio caristia victualium verum et ideo fames grandis nubes ventorum tempestates multe in mari erunt et etiam super terram pluet frequenter mortalitas maxima in bestiis et hominibus multigeneris. Pax fiet in multis bellatoribus. In sequenti vero anno ubertas erit victualium et precium ville in eis. Et si regnante luna in aquario tonaverit dicitur quod magne pugne fient inter homines insulas maris [illegible] que sunt circa mare oculorum infirmitates regnabunt in multas personas ver bonum erit tellus convenienter dabit fructum suum mortalitas erit in animalibus eiusdem generis ut iuvenibus hominibus venti fortes durabunt precipue copia frugum erit turbatio circa imperium vel inter homines imperii qua graviter commovebuntur sed penitus lacertarum seu [illegible] animarum erit habundantia. Et si regnante luna in signo piscium tonaverit dicitur quod omnia que in signo aquarii adnotantur vel quasi omnia fient eodem anno nobiles precipue et multi divites pestilentiam patientur ac pisces et omnia illa inter aquas. Et hoc est iudicium dicere quod fecerunt Indi caldei arabes et egyptii.

Nota de comparatione planetarum ad signa. Et primo sciendum quod quilibet planeta habet virtutem fortiorem in domo quam posset habere in celo. Et est autem domus planete illud signum in quo planeta fuit datus in principio mundi. Sol autem habet pro domo leonem tantum. Luna vero cancrum. Omnes autem alii planete habent duas domos. Nam aries et scorpio sunt domus martis. Thaurus et libra domus veneris. Gemini et virgo domus mercurii. Sagittarius et pisces domus iovis. Capricornus et aquarius domus saturni.

Item planete habent virtutes que dicuntur
exaltationes planetarum. Ubi quidem
sol exaltatur in ariete. Luna in thau
ro. Saturnus in libra. Iupiter in can
cro. Mars in capricornio. Venus in
piscibus. Mercurius in virgine.

De planetis et signis in quibus morantur.

Saturnus in libro de motibus planetarum
Ptholomei. Sub saturno sunt hec signa
capricornus et aquarius et est eius domus
in libra regnare in ariete regnum ab
strahi. sub eo continetur vita edificium
et doctrina. Et locus frigidus est et
siccus et significat merorem tristitiam vili
tatem et malum. Color eius est niger
et fulsidicus. Moratur triginta me
sibus in uno quoque signo. Complet
cursum suum in annis triginta.

Iupiter in eodem ptholomeo. Sub io
ve sunt hec signa. sagittarius
et pisces et sunt domus eius. Et regnat
in cancro et in capricornio. discessus re
gni sub ipso continetur. honor divitie
optimum et indumentum. Calidus est
et humidus et significat sapientiam et volun
tatem et eius color viridis albus et est
viridie. Moratur in uno quoque si
gno mensibus duodecim et complet cur
sum suum in duodecim annis.

Mars in eodem ptholomeo. Sub mar
te sunt hec signa scorpius et aries
et sunt eius domus. Regnat in capri
cornio et thauro. discessus regni sub
ipso continet prelium et carceres et
inimicos. Calidus est et siccus et
significat iram et furorem et teme
ritatem et est color eius rubeus
et fulsidicus et moratur in uno quoque
signo sexaginta diebus et viginti
et una hora. Complet cursum suum
in annis duobus.

Sol in eodem ptholomeo. Sub sole e
leo et est domus eius. Regnat in
ariete et in libra. discessus regni
sub ipso continetur species lucrum
fortuna et heres. et est calidus et
siccus et significat spiritum et vitam
Et est color eius albus et rubeus et vi
ridis et est in medio celi. Moratur
in uno quoque signo. triginta diebus
decem horis et dimidia. Complet
cursum suum in. ccclxv. diebus et sex horis.

Venus in eodem ptholomeo. Sub venere
sunt hec libra et thaurus et sunt
domus eius. et regnat in piscibus et
virgine discessus regni sub eo continetur
amor via amicitia et peregrinus
frigidus est et siccus et significat gau
dium et luxuriam et est niger et viridis.
Moratur in uno quoque signo viginti
novem diebus. Complet cursum
suum anno uno.

Mercurius in eodem ptholomeo. Sub
mercurio sunt virgo et gemini et sunt
domus eius et regnat in virgine et pi
scibus. discessus eius regni cum
sole super moratur uno signo an
te et etiam uno post sub ipso continet
fortunium negotiatio furtum.
Calidus est et humidus et significat
rationem et sapientiam et est albus
et cum benivolis benivolus et cum
malivolis malivolus. Moratur
in uno quoque signo viginti octo die
bus et sex horis et complet cursum su
um in. cccxxxviii. diebus.

Luna in eodem ptholomeo. Sub luna
est cancer et est domus eius et regnat
in thauro et libra. discessus regni sub
eo continetur egritudo amissio timor de
bitum et est frigidus et humidus
et significat cogitationem et est
mediocris. Moratur in uno quoque
signo duodecim diebus et octo horis
bisse. Complet cursum suum in
xxviii. diebus.

De notitia novem horae diei et noctis
ac de natura effectus ipsarum per oppo
sitionem unius cuiusque tam in
bono quam in malo.

Hore inter diem et noctem ut predictum
est sunt in uno. xxiiii. et quelibet hora
suum habet nomen et equalibus est bo
num facere aliquid de operibus
que homines appetunt intromittere.
Et sicut est bonum facere aliquid
in certo casu sic est bonum prohibere
aliquid ne tunc fiat. Que autem sunt
licita facienda per horas ipsas predicta
dicemus hic infra. Nota secundo
quod hore noctis sunt fortiores et va
lentiores in quibusdam quam hore diei etc.
Nomina quidem horarum diei sunt
ista. Lebiauh. i. Lomoitz. ii.

Iamcon. iii. Selati. iiii. Celatri. v.
Chear. vi. Bardon. vii. Saphatim
viii. Baion. viiii. Labtion. x. Glo
boz. xi. Chachiabolo. xii. Nota
vero horarum noctis sunt ista. Ane
tri. i. Debul. ii. Thablay. iii. Alche
iiii. Thamistun. v. Ciaron. vi. Jaffor
vii. Omoatim. viii. Cestaria. viiii.
Nalhopon. x. Haaltro. xi. Herodi
ziio. xii.

In prima hora diei fit oratio hominum
ad deum. Et tunc bonum est alliga
re omnes linguas per ymagines karac
teres et coniurationes.

In secunda hora diei fit oratio angelorum
ad deum et tunc bonum est facere yma
gines karacteres et coniurationes
ad amorem et concordiam pretermisso litis
vel odii habiti.

In tertia hora diei fit oratio avium
et piscium ad deum et tunc bonum est
facere ymagines karacteres et
coniurationes ad capiendum aves
et pisces.

In quarta hora diei creature rationales
ut angeli et homines bene dispositi ref
ferunt gratias soli deo de beneficiis
receptis et tunc est bonum facere yma
gines karacteres et coniurationes contra
bestias nocentes ut recedant a lo
co et deserant sicut sunt scorpiones
serpentes et cetera lacerte et cetera.

In quinta hora diei omnes bestie terre
reddunt gratias soli deo infra suam
naturam et tunc bonum est facere
ymagines karacteres et coniuratio
nes contra omnes feras ut lupos
vulpes ursos et huiusmodi etc.

In sexta hora diei quasi omnes bestie
a bono quiescunt vel alia operatione
Et tunc bonum est facere ymagines
karacteres et coniurationes pro incar
ceratis in firmis et fatuitatis.

In septima hora diei fit oratio omnium
animalium subsistentium et nomine
dei altissimi. et tunc bonum est fa
cere ymagines karacteres et
coniurationes ad amorem concordiam

In octava hora diei omnes spiritus
quasi quiescunt ab opere spirituali
et ideo bonum est facere ymagines
karacteres et coniurationes ad dis
cordiam et ad omne malum.

In nona hora diei bonum est facere
ymagines karacteres et coniurationes
contra raptores fures et latrones
ne veniant in loco nocere.

In decima hora diei salutant aque
omnes dominum et descendit quidam spiritus
ad certa officia et est tunc medio
cre facere ymagines karacteres
et coniurationes ad concordiam odii
litis ad amorem novum.

In undecima hora diei iusti ingra
tulantur domino et tunc est bonum facere
ymagines karacteres et coniurationes
ad concordiam odii litis et ad amorem.

In duodecima hora diei rationales
creature quasi ubique cupiunt quie
scere et tunc est bonum facere yma
gines karacteres et coniurationes
ad silentium et cantionem ut nichil
in contrarium contingat. Et hec est ex
positio horarum diei.

Expositio horarum noctis.

In prima hora noctis fit colloquium
demonum suo domino dispositio corporis ad
omnem gradum creaturarum et tunc
bonum est facere ymagines karacteres
et coniurationes ad spiritus invocandos et
ad silentium et ad amorem.

In secunda hora noctis psallunt pisces domino
suo et omne animal aque et omne reptile
et tunc bonum est facere ymagines
karacteres et coniurationes ad capien
dum pisces cancros ranas sangui
sugas cocodrilos et similia.

In tertia hora noctis psallunt etiam
dragones lupi et [illegible] suo deo et tunc bo
num est facere ymagines karacte
res et coniurationes contra predicta animalia
ne habeant commodum nocendi tibi
aliquo modo in corporatione nec rebus.

In quarta hora noctis procedunt
spiritus de sepulcris mortuorum et de
monis vadunt per vias et loca temp
tantur in modum venti vel umbre
aut forme alterius animalis ut capre
vel canis et ut contingit de cursu
diane i. illum dive ad instar regie
satellitum armatorum ad modum mi
lites vel mercatorum et tunc bonum est
facere ymaginationes karacteres
et coniurationes ad odium et mortem

alterius et contra predicta ne fantasmata
valeant apparere tibi nec nocere.
Similiter bonum est facere quod
ius ad amorem.
In quinta hora noctis quiescunt aque
et creature ipsum psallunt domino suo et
tunc bonum est facere ymagines charac
teres et coniurationes contra nubes noc
uas et tonitruum et fulgitum ne destrue
re valeant fructus et arbores.
In sexta hora noctis omnes spiritus of
fitiorum sunt locati ad operandum per
loca et ideo tunc bonum est facere yma
gines karacteres et coniurationes ad
omne quod vis tam bonum quam malum ut
ad faciendum mulierem sompniare
et credere esse carnaliter etc. Ut in
sompnio videas quam debes habere
uxorem et quod quid erit de tali facto.
In septima hora noctis moventur
plurime creature ad laudem et hono
rem dei et tunc bonum est facere yma
gines coniurationes et karacteres ad im
petrandum gratiam a domino et ad amo
rem mulieris animi vel magnatum.
In octava hora noctis semina terre
germinantia que deo gratias referunt
et tunc bonum est facere ymagines
coniurationes et caracteres ut semina
ta et plantata bene proficiant.
In hora nona noctis orant angeli
prompti ad deum et tunc bonum est
facere ymagines karacteres et
coniurationes pro incarceratis in
firmis et fatuatis ut liberentur.
In decima hora noctis deus loquitur
angelis et sanctis et ideo tunc bonum
est facere ymagines karacteres et
coniurationes contra demones et ut nullus
nequius pereat mortaliter.
In undecima hora noctis deus in
telligit preces electorum et tunc bonum
est facere ymagines karacteres
et coniurationes ad deum devote et
ad concordiam discordie et amorem.
In duodecima hora noctis sol oritur
in oriente illuminando partes mun
di et aeris et tunc bonum est facere
ymagines karacteres et coniuratio
nes ad omne quod pertinet illi planete
qui probatur tunc regnare sine per
mutatione die tam ad bonum quam ad malum.

Astronomiam primi egyptii inve
nerunt. Astrologiam vero et nativita
tis observantiam caldei primo docu
erunt. Abraham autem instituisse egyp
tios astrologiam Yosephus ystorio
graphus auctor edixerit.

**De solis nomine et aliarum stellarum sive si
derum et signorum.**

Sol appellatur eo quod solus appareat
obscuratis fulgore suo cunctis si
deribus. prestat.
Luna dicta quasi lucina ablata me
dia sillaba. De qua virgilius. Ca
sta fave lucina; sumpsit autem
nomen per derivationem a solis luce
eo quod lumen ab eo accipiat et accep
tum reddat.
Stelle dicte a stando eo quod fixe sint fir
me in celo nec cadunt. Nam quod
videmus in celo stellas quasi labi
non sunt stelle ab ethere lapse
que fiunt dum ventis altiora pe
tens ethereum vaporem trahit tra
ctu suo imitatur stellas cadentes. Nam
stelle cadere non possunt inmobiles
cum sunt ut patuit est et in celo
fixe feruntur.
Sydera sunt dicta eo quod navigantes
considerando iter dirigant ad
cursum consilium ne fallaces un
dis aut ventis alibi deducantur.
Quedam autem stelle idcirco signa
dicuntur quia eas naute observ
ant in gubernandis navigiis
contemplantes autem aerem quam fulgo
rem eorum quibus rebus statutis
hostenditur futura. Sed omnes
homines ea intendunt ad providen
dum aereas qualitates estatis et
yemem vernalem temperiem que
ortu eorum suo vel occasu certis
stationibus temporum qualitate
signant.
Signorum primus arcton qui in axe
fixus septem stellis in se revolutus
rotatur. Nomen enim grecum est
quod latine dicitur ursa. etiam quia
in modum plaustri vertitur trion
em septentrionem dixerunt.
Triones enim stelle sunt ut boves
aratri dicti eo quod terram trahunt
ad partes septentrionales sive quo

dam modo vianatus fiat quam stellas
sic dictus.
Arthophilax dicitur quia ursam
sequitur sic dicta eo quod plaustrum
facit in signum multis spectabi
libus stellis arctatis. Sidus est quod
cauda maioris urse positum in signum
boote. Unde et arcturus dicitur quod ex
hero opera quam accepit pro diis col
locata est. Oritur autem in autum
nali tempore.
Orion austrum ante thaurum vesti
gia fulgeret et dictus orion stella
est sic dicta ab inundatione aquarum.
Tempore enim hiemis abortus ma
re et terras aquas tempestatibus
turbat. Hunc latini iugulum vo
cant quod sicut ut gladius terribilis
atque clarissimum est. In quo signo sen
stella omnia serena procedunt. Ob
scuratis his stellis tempestas oc
currit subita.
Hyades autem dicte sunt a pluviis
unde et eas latini suculas appella
verunt quia cum nascuntur pluvias
pluviarum signa monstrantur. Unde
virgilius arcturum pluviasque etc.
Sunt autem stelle septem in fronte
thauri. Oriuntur tempore vernali hya
des pluraliter greci appellant.
Sunt enim stelle septem ex quibus
tantum sex videntur. Latet enim
una. Has latini virgilias vocant
tempore significatione quo oriuntur.
Nam occasu suo hieme orta ven
turum navigatibus tempus ostendunt.
Canicula stella est que sita est in me
dio circulo celi. Et cum sol ad
eam ascenderit coniuncta videtur
cum sole et calore ipsius dissolvun
tur corpora et deponuntur. Un
de et ipsa stella dies caniculares di
cuntur et moleste sunt valde.
Canis autem vocatur propter quod
ex morbo corpora afficit vel infir
mat et propter flammam candorem quem
habet precoteus lucere videtur
itaque et magis eam curiosi et sy
rion appellaverunt.
Cometes stella est ex eo quod comas lu
minis ex se fundit, quod genus syde
ris cum apparuerit aut pestilen

tiam aut famem aut bella designat.
Comete autem crinite appellantur quia
in modum crinium flammas spargunt
quas cometas stoici dicunt esse
ingressima(?) nova propter eius effectus
quam astrologi dixerunt sunc
scripserunt. Lucifer sic dictus eo
quod inter ceteras sidera plus lucis
habet. Et iubar dicitur eo quod iu
bas lucis effundat. Sed et splen
dor solis et lune et stellarum iubar
vocatur eo quod in modum iube ra
diorum extendantur.
Vesperum stella est occidentalis
quam ita nominatam perhibent
ab hesperia id est hispania regione
et ipsa ex quinque stellis et planetis
noctem ducens sequitur solem.
Fertur autem quod hec stella oriens
lucifer occidens vesperum faciat.
De quo statius. Et alto dependit
unus in orto planete.
Stelle autem dicte sunt que fixe stant
in celo, reliquie autem que in aere fe
runtur dicte sunt planete a potes
planes id est ab errore. Nam sidera
(?) nundinis non unguntur(?) et mu
do feruntur quarum nomina greca
sunt. phedim. phenon. Thas
nona. vesperus. Stillion. Has
romani nominibus deorum suorum id est io
vis saturni martis veneris et
mercurii sacraverunt. Decepti enim
et decipere volentes in eorum adula
tione que sibi aliquid ferunt amore
prestitisset sic dicta ostendebant in
celo dicentes. Quod iovis est illud
sidus et illud mercurii et concepta
est opinio vanitatis. Hanc opi
nionem errores diabolus forma
vit christus autem evertit. Iam vero
illa que ab ipsis gentibus signa di
cuntur in quibus estimantur ymago
de stellis formatur ut arcton arie
s thaurus libra et huius alia huius
in sidera permiderunt(?) in numero stel
larum spetiem corporum superstitio
sa vanitate commoti finxerunt ex
causis quibus deorum suorum

et imaginis et nomina confirmavit.

Nam Arietem primum signum Iovi ut libri mediam mundi lineam tradunt propter amorem Iovis ideo vocaverunt cum capite qui simulacrum faciunt arietis cornua fingunt. Quod signum gentiles ideo inter signa primum constituerunt, in martio mense qui est anni principium, in eo signo cursum suum agere dicunt.

Sed et taurum inter sidera collocant et ipsum in honore Iovis eo quod in bovem sit fabulose conversus quando Europam [illegible] fuerit.

Castorem quoque et Pollucem post mortem eorum inter notissima sidera constituerunt quod signum Geminum dicunt.

Incipit liber qui intitulatur de moribus et officiis nobilium super ludo scachorum sub quo rege hic ludus est inventus. I.

Inter omnia mala signa in homine primum est pessimum, quod aliquis homo non timet deum per culpam, et homines offendere per inordinatam vitam, quia non solum correctionem negligit, sed et correctores affligit, quemadmodum de nerone legitur, qui senecam magistrum suum occidit, eo quod correptiones suas ferre non posset. Tempore vero moradach regis babillonie homo iniusti crudelis et lascivus, qui corpus patris nabuchodonosor in trecentas partes divisit et tercentis vulturibus comedendum dedit, hic ludus inventus est. Hic enim rex inter alia mala unum habebat pessimum, quod correctores suos occidi faciebat, et increpationes odiebat, quod stultissimum est. Huic similabatur pater suus nabuchodonosor, qui dum sompniasset et evigilans sompnii non recordaretur, voluit occidere omnes sapientes babillonis, eo quod ipsi sompnium regi non poterant indicare, ut habetur in libro danielis prophete. Opinantur autem aliqui hunc ludum inventum fuisse tempore belli troiani. Sed hoc veritatem non habet, quia a caldeis transivit ad grecos, ut dicit grecus diomedes.

Quis hunc ludum invenit. II.

Huius ludi ac novitatis inventor extitit philosophus quidam nomine xerses apud caldeos vel philometor apud grecos, quod idem est apud latinos amasor sive iustitie amator. Huiusmodi hominis fama apud grecos et athenienses claruit, ut postmodum multi probi philosophi et sciencie amatores hoc a progenitoribus suis nomen acceperunt, ut mori potius eligerent quam simulatione sciencie in deliciis regalibus vitam finiret. Nam cum ipse philosophus videret vitam regis detestabilem, et nemo eum culpare auderet propter ipsius crudelitatem, quam in hominum sapientium necem ostenderat, rogatu populi neglecta vita sua morti se exposuit, malens pro iustitia vitam finire quemadmodum tempus eam ducere brutis moribus infamatum. Quod idem et fecit ut dicit valerius maximus theodorus cirenaicus qui fuit cruciafixus, pro eo quod regem lisimachum pro suis obscenis et iniustis actibus increpare ausus est. Qui cum in aculeo penderet dixit regi. Tuis consiliariis purpuratis sit hec pena quam times mea siquidem nichil interest utrum humi aut in sublimi putrescam. Voluit dicere quod parum curabat de ipsa morte et mortis modo dum tamen innocenter et pro iustitia moreretur.

Legimus enim democritum philosophum sibi eruisse oculos ne videret bene esse malis et malum iniustis. Secundum autem quod legimus ad mortem properantem et videns post eum flendo et dicendo innocenter eum dampnatum respondisse. Tace inquit. Nunquid me mori extimes innocentem an pro culpa diem extremum claudere. Sic hic non talis inventor pro tuenda iustitia mori se exposuit et vitam presentem contempsit. De triplici causa inventionis huius ludi ----- iii

Causa autem inventionis huius solacii fuit triplex. Prima fuit regis correctio. Secunda evitatio. Tertia rationum subtilium multiplex inventio. Circa primum sciendum est quod predictus rex cuius memoria fertur ipse superius cum vidisset hunc ludum et multos milites ac barones et duces cum eo philosopho bellicose ludere, miratus ludi pulcritudinem ac inventi solacii novitatem interesse voluit et ludum discere desideravit, acceptum dicto philosopho ludendo bellare decrevit. Cui philosophus cum respondisset regem hunc non posse facere nisi prius formam discentis assumeret. Fuit rex hoc esse dignum et discere cupiens formam discipuli omnimode suscepit. Tunc philosophus formas schachorum et mores regis nobilium et popularium ac officia eorum describens ut in sequentibus capitulis declarabimus cum adulatione correctione ac virtuti informatione attingit. Quia propterea audiens rex correctionem suam quam multos sapientes crediderit pro intuitorio precepto interrogavit philosophum dicens. Quare hunc ludum invenisti. Qui respondit. O domine mi rex. Tuam vitam gloriosam desidero, quam videre non possum nisi iustitia et bonis moribus sive operibus insignitam ut exemplo diligaris. Opto ergo te alium fore ut tibi prius domineris qui non nunc aliis sed violenta dominacione iniustitiam cum quippe est ut aliis dominari tu velis cum tibi ipsi imperare non possis.

Et memento violenta imperia diu durare non posse. Hec ergo huic correctionis una causa fuit. Patens enim rex sapientum suorum correctiones ferre deberet et ipsius correctiones libenter audire. Quemadmodum de alexandro dicit valerius. Quidam enim miles alexandri nobilis et opinione maior volens eum arguere quod nimia desideraret magnie cum honores dixit ei. Vide nunc corpus tuum quod est parum aviditati et desiderio tuo cum sufficissent parem totius orbis terra pere non potuisset. Et quare? Quia manu dextra tangeres orientem et manu sinistra tangeres occidentem. Cum enim corpus tuum non respondeat illo, aut tu es deus aut homo aut nichil. Si tu es deus, certe tuorum debes imitari ut hominibus beneficia tribuas, non sua eis accipias. Si vero homo es, mortalem te considerans ut desistas. Si autem nichil es, hoc memento ut tui ipsius non obliviscaris. Nichil enim tam firmum est cui non sit periculum ab invalido. Et leo fortissimus bestiarum quandoque minimarum avium pabulum fit. Secunda huius ludi inventionis causa fuit ocium vitare de quo dicit seneca ad lucillum. Ocium sine litteris mors est et vivi hominis sepultura. Et varro in sentenciis dicit. Viatoris non erit ut edat sic et vita non sit cassa sit sed ut ex ea preclari aliquid fiat. Et ideo prefatus ludi inventor non solum eum adinvenit ut regem corrigeret sed ut ocium et tristiciam ex eo causatam vitare doceret. Consueverunt ergo multi prospera fortuna habundantes ocio sedare. Unde quintilianus dicit. Quod ad omne bonum fluente fortuna laxescunt ocium. Et ideo est necesse ut sepe in facinus ociosi ardor erumpat. Et tali etiam ocio causatur amaritudo animi quia iocunditatis spei aliis extinguntur et quasi desperationis principio mens in se ipsa se subvertitur. Et quia per hoc solatium ocium et tristitia devitantur ideo propter hoc xerses seu philometor hunc ludum invenit. Tertia causa fuit quia unusquisque appetit naturaliter scire et novitates audire. Unde legitur de atheniensibus quod ad hoc studebant ut scirent vel audirent aliquid novi. Et quia visus corporalis quandoque impedit multa cognitione subtilia ideo democritum philosophum legimus sibi oculos eruisse ut acutiores et acutiores cogitationes haberet. Multi enim debiles visu corporis vel carentes corporea visione inventionibus acutiores fuerunt sicut patet de didimo civitatis alexandrine episcopo, qui carens visu tante fuit intelligentie ut discipulos habere meruerit gregorium nazianzenum et ieronimum ecclesie presbiterum cardinalem, qui cum iam incepisset sub aliis magnis doctoribus aliorum doctores esse, sub scola didimi alexandrinum voluerunt esse discipuli. Propter eius intellectus altitudinem legitur anthonium magnum heremitam ipsum didimum episcopum visitasse et inter alia verba consolatoria sibi dixisse. Si dolebat didimus oculorum visum perdidisse. Cui cum respondisset didimus. Nunc si non credis me dolere. Respondisse fertur anthonius. Immo pater miror te de hoc dolere perdidisse quod cum habes cum bestiis et non recolis te invenisse hoc quod cum habes cum angelis. Ob hoc ergo huiusmodi solacii inventor mortis amplectitur pressus ac extra corporis effectus sensibilium et palpabilium factus oblivioso sui ad memoriam se extulit. Ludum variarum et mirabilium rationum plenum invenit ac propter multitudinem rationum variarum similitudinum et ingenia bellorum in eo decertantibus famosus fuit. Incipit tractatus secundus de formis schachorum ---- iiii

Tractatus secundus de formis schachorum nobilium.

Capitulum primum de forma regis et de hiis que ad regem pertinent.
Capitulum secundum de forma regine et moribus eius.
Capitulum tercium de formis alphilorum et moribus et officiis eorum.
Capitulum quartum de militum officio et moribus eorum.
Capitulum quintum de forma rochorum et moribus et officiis eorum.

De forma regis ----- i

Rex sic formam accepit in principio. Nam in solio positus fuit purpura indutus que est vestis regalis habens coronam in capite. In dextera manu habens sceptrum in sinistra vero pillam rotundam.

Nam super alios rex optinet et accepit dignitatem quam pretendit corona capitis. Nam gloria populi est regalis dignitas. Ad regem enim oculi omnium attendere debent et suis obtemperare et parere mandatis. Inter ceteros immo super ceteros debet rex virtutibus et gratiis emicare quod ostendit regalis purpura. Sicut enim corpus pulcris vestibus decoratur sic et interior mens et anima moralibus virtutibus tamquam quibusdam vestibus et habitibus honoratur. In manu sinistra pillam deffert rotundam ut totius regni administrationem attendat et se administratorem et per suos vicarios provisorem ostenderet. Verum quia ad regem pertinet coercere quos amor non retinet in dextera manu portat sceptrum iustitie et rigoris. Et quia misericordia et veritas regnum custodiunt et stabilitur iustitia thronus eius in eo debet lucere misericordia et iustitia de qua dicit seneca ad neronem

imperatorem. Nullum ex omnibus clementia ma
gis quam regem aut principem decet. Qui
enim vult amari languida regat manu.
Et ideo Valerius dicit quod humanitatis dul
cedo etiam effrenata barbarorum ingenia
et crudeles hostium oculos emolit. Phisistra
tus atheniensium dux, cum iuvenis amo
re filie sue virginis esset accensus et rapuis
set tempore et loco quo ipsa virgo tran
siret cum matre, et iuvenem obviam os
set factus, virginem iuvenis osculatur.
Mater vero virginis nimium conturbata
a patre virginis duce de iuvene re
peteret supplicium capitale. Respondit phi
sistratus dux: Si eos qui nos amant
interficiemus, quid hiis faciemus quibus
odiosi sumus. Hec enim vox decore huma
nitatis et clementie manavit. In huius mo
dum filie tulit iniuriam et laudabi
lius suam. Hic eciam princeps amicum ha
buit carissimum nomine qui Trasippus iratus
tum ira ac nocte vino provocatus ex
arsit ut in ipsius faciem spueret. At prin
ceps sic animi motum et gestum cohi
buit ut non putares eum sibi recepisse in
iurias sed laudis honores. Filios autem
suos violare prius maiestatem subvenire
cupientes a vindicta retraxit. Postera
autem die cum suis consideravit culpa sua
quam in principem commiserat se ipsum volu
ntarie punire voluit. Quod audiens phi
sistratus ad illum accessit et dexteram fi
dei confirmavit iuramento se in eodem
pristine amicicie gradu mansurum.
Etiam eque mitis fuit animus pirri re
gis, qui cum audisset aliquos tarren
tinos in convivio multa et minabilia ver
ba infamatoria de se dixisse, accersitis
ad eum eis omnibus qui in illo convivio fuerant
querere cepit an de se talia inhonora
bilia protulissent. Tunc unus eorum
respondit: Nisi nobis vinum
defecisset hec que tibi de nobis relata
sunt pro hiis que locuturi eramus
de te ludus fuisset ac iocus. Quod
mirum. Tam urbana crapule excusa
tio tamque simplex veritatis confessio
iram regis convertit in risum. Et
ideo hac clementia et in patione sunt

tis ut et sobrii tamen in regis gratia age
rent et ebrii bona impertirentur. Ve
ritatem in corde et ore semper attendat
et falsa labia detestetur iuxta illud proverbium:
Veritatem meditabitur guttur meum
et labia mea detestabuntur impium.
Cum enim ratione officii rex deo quo
dammodo sit similis, ipse autem deus sit
ipsa veritas, ideo in rege omne verbum
verum sit ut quod promittit omnino at
tendat. Et ideo dicit Valerius: Cum
alexander ira permotus magno im
petu cum suo exercitu iret ad quandam
civitatem nomine Lassacum diruendam
et evertendam, et unus illius civitatis
esset Anaximenes philosophus qui fuerat ma
gister Alexandri, audiens Alexandrum
sic venire civitati exivit ut regi pre
ces porrigeret pro salute civitatis.
Quem cum Alexander hec venire cerneret ne
postularet vel voluntatem audiendo
inflexionis haberet, rex in loquendo phi
losophum prevenit iuramento dicens: Iuro per
deos quod nichil horum que petieris fa
ciam. Tunc philosophus sapienter attendens
regis iuramentum, dixit: Peto enim
domine ut Lassacum civitatem nativita
tis mee diruas et disperdas. Quam
petitionem alexander attendens
salutem civitati concessit. Maluit enim
iram et voluntatem quam habebat
contra civitatem dimittere quam contra
iuramentum venire. Et sic salus
urbi dominus iuramenti beneficio obten
ta est. Quintilianus dicit quod iurare
nisi ubi necesse est grave viro est,
nobili et famoso parum convenit. Ubi
que enim satis simplex in rege vel principe
firmus sit quam iuramentum in mercatore.
Debet etiam impietatem dete
stari. Difficile michi videtur prius
hominem impia morte perire. Et cru
deles homines crudeli supplicio legimus
interemptos. Nam refert Orosius
quod quidam Perillus nomine eris et metal
lorum opifex cupiens placere Phalari
tiranno pio crudeli qui agrigen
tinos depopulabatur et crudelissimis
tormentis cruciabat, fabricavit tau

sumeret preter papirum quo voluerat
semper consiliis interesse. Castitatem et
honestatem debet esse regina ut evitari
tantam indignitatem consentiat ex ipsa
omnibus honeste et iuste vivendi sit
forma. Unde refert Jeronimus:
Duellius nobilis romanus qui
primus rome navali bello rome tri
umphavit ac hostes vicit, yliam
nomine virginem duxit uxorem que fuit
tante pudicicie ut eo in tempore in quo ge
nerale monstrum potius erat quam
vicium, ita ut exemplum caste vi
ventibus fieret. Hic Duellius cum se
nex effectus et tremens corpore
in quodam loco audivit a quodam
emulo suo exprobrari sibi quod fetidum
os haberet. Cumque domum se tristis re
tulisset, ac uxori questus esset cur
hoc sibi non dixerat ut huic vicio
mederetur, illa respondit: Fecissem
hoc inquit libenter nisi putassem
viris omnibus sic os olere. Laudabi
lis in utroque nobilis et pudica femina,
et si ignoravit vitium viri et si pacien
ter tulit. Et quod maritus infelicita
tem corporis sui non uxoris fastidio
sed prius emulo sensit inimici.
Antiaridua quedam ut eam quidem
moneret propensius ut alteri nube
ret allegans oportere etatem integra
m et faciem pulcritudine bonam.
Illa respondit: nequaquam hoc faciam.
Si enim virum bonum invenero ut eum
habui nolo timere ne perdam eum.
Si malum quid necesse est post bonum
pessimum sustinere, sic castitatem
servare maluit ipsa decorem. Refert
Augustinus in libro de civitate dei
quod fuit rome Lucretia nobilis mo
ribus et genere, cuius maritus Collatinus
qui imperatoris Tarquinii superbi fili
um Sextum nomine ad videndum ca
stris suum Collatum nomine invitavit.
Qui cum ingressus fuisset ibidem
vidit Lucretiam inter multas ma
tronas nobiles residentem. Cumque
regis filius eam quesisset et mores
maturitatem et gestus Lucretie me

te premium pulcritudine tactus
in illo amore libidinis capitur. Et ob
servato tempore cum rex pater abesset a roma
et Collatinus maritus Lucretie in exer
citu esset, Sextus filius regis Tarquinii
ad castrum Collatinum ubi Lucretiam vi
derat cum sodalibus suis venit. Ubique
cum honorifice fuisset receptus, et post
quam de more homines quiescere solent
advenisset, paratumque esset filio
regis sum de lectum. Ille non hospes
sed hostis prius considerato ubi Lucretia
quiescebat, cum omnia iam sopita
et omnes essent in lectis, cubiculum Lucretie
clam intravit, sinistra manu eius
oppresso pectore, et dexteram manu gla
dium tenens. Dixitque tace Lucretia.
Sextus sum Tarquinii superbi filius
ferrum in manu mea est morieris si e
miseris vocem. Illa pre somno stupe
facta tacuit. Tunc ille mulieris
animum nec promissis nec terrori
bus eminus declinare nititur ad
consensum. Cumque autem illius velut
marmoream invenisset, adiecit: Nisi
michi consenseris servum tuum iugula
tum primum medium in medium corpo
ri tuo iugulato in hoc tuo cubiculo
collocabo ut fama disseminet per
orbem Lucretiam obstupri cau
sa quod cum servo commisit iugulatam
esse. Tunc illa timens huiusmodi
infamiam coacta consensit. Cumque
regis filius expugnato decore re
cessisset, illa postero die ad patrem
et ad fratres suos et ad Collatinum mari
tum suum, atque ad Brutum procon
sulem ipsius Tarquinii nepotem
litteram ex suo nomine destinavit ut
statim sine mora ad eam venirent.
Cumque omnes adessent illa sic pro
locuta est: Filius regis Sextus Tar
quinius heri domum meam intravit
hostis pro hospite. Tu autem Colla
tine scias vestigia alieni viri in
lecto tuo esse. Verumtamen corpus
quidem violatum est, animus tamen
insons. Unde a culpa me absolvo
a pena tamen non libero. Qui

ante hec fecit, et si in meum detrimentum
fecerit in sinum tamen cecidit si vos viri estis.
Et ne aliqua impudica exemplo lucretie vivat
que accipere voluerit exemplum non
negligat ex pena. Et ideo gladi-
um quem sub veste occultum habebat
exemit ac seipsam manu propria tran-
sfixit, sicque mortua est. Tunc brutus
et maritus fratres acceperunt omnes lucretie
gladium quo se perimit accipientes et iu-
rantes super sanguinem lucretie numquam
cessare, donec progeniem tarquinii de
roma expellant, ac non permittent ali-
quem de eius progenie in posterum
rome regnare. quod factum est.
Nam corpus mortue rome deferunt
in populo tantam seditionem fecerunt
ut tarquinius exulare cogitur apud Ar-
deam civitatem que apud gabios sita est.
Sextum vero criminis actorem gladio pe-
remerunt. Moribus regina debet
hec maturos, ut in castitate omnis timore
et verecundia. Mulier namque verecun-
dia perdita statim cum ea perdit pudiciciam.
Unde dicit Simacus. Quorum mens in
honesta est ibi nulla frons est. Et am-
brosius. Insuper quoque corporis decore
verecundia plus nitet. Mulierem super
omnia verecundius ac modestius aspectus
plus reddit amabilem, qui et si in vi-
ro laudatur magis tamen relucet in
femina. Unde refert Seneca de ar-
tesilla quadam nomine que fuit tante
verecundie ut amico suo pauperi et
paupertatem dissimulanti, egroto qui-
dem, nec hoc considerati clam et latenter
sarcinam cum pecunia plurima suppo-
suit, non attendens prius verecundiam
contradicere ut acciperet desiderans ma-
gis pauperem invenisse quam accepisse.
Interdum tamen ille qui iuvatur fal-
lendus est ut habeat, nec a quo ac-
ceperit sciat, persium loquitur nob-
relantibus. Eligenda quidem uxor
est que sit honestis parentibus orta
ut plurimum enim filie mores ear-
um sequuntur a quibus traxerunt
originem. Unde quidam uxorem du-
cere volens consilium accepit a quo-

dam philosopho qualem uxorem ducere deberet.
Cui ille credidit. Illam matrimonio ducas
cuius matrem et aviam noveris fuisse pudicas.
Talem enim filiam extimo qualem ma-
trem cognovi. Erudire debet filios et
filias in omnem continentiam servare. Iuxta
illud. Si tibi filii sunt erudi illos. Fi-
lie tibi si sunt conserva corpus ipsarum. Di-
cat enim elinandus quod necessaria est princi-
pi scientia litterarum, cui precipitur co-
tidie legere legem domini. Hinc est quod
in litteris regis romanorum, quas mi-
sisse legitur ad regem francorum, conti-
detur cum ut filios suos liberalibus disci-
plinis instrui faceret adiecit inter cetera.
Rex illiteratus est quasi asinus coro-
natus. Octavianus imperator filios
suos erudiri fecit natare, saltare, astilu-
dere, sagittare, et quicquid ad militiam
pertinet. Filias vero consuere, nendere, texe-
re, et quicquid in lini, sete, vel lane fit
arte discere mandavit. Cumque a qui-
busdam amicorum suis quereretur cur
hec faceret, ille respondisse fertur.
Cum hodie sim dominus orbis, nescio utrum
filii mei ad extremam paupertatem deven-
iant. Et ideo si qui docti arte fuerint
honorabilem vitam ducere poterunt.
In omni castitate servande sunt filie. Regi-
nus autem sola continentia aliquam virgi-
nis dignitatem regnum meruisse. Nam
refert paulus longobardorum historiogra-
phus. Quod in foroiulio fuit quedam du-
cissa romilda nomine habens quatuor
filios et duas filias. Que cum chaccha-
nus rex ungarorum, qui et avarum di-
citur, obsideret castrum civitatemque
ubi ipsa erat cum filiis suis, vi-
disset de muro ipsum regem pulcerrimum
corpore, eius amore capta occulte ei
mandavit, quod si eam vellet in uxorem
ducere sibi castrum traderet. Cumque
ille promisisset ac iuramento firmasset,
aperto castro, advarum qui et ungari
dicuntur illuc discurreret, et mulie-
res et homines ceperunt, filii aufu-
gerunt quorum minimus dictus Gri-
moaldus rex longobardorum fuit. Due vero
filie eius acceptis crudis pullorum sup-

rum magnum eneum et in latere fecit ho-
stiolum per quod intromitterentur
qui morte erant dampnati ut ita sup-
posito igne cremarentur. Cumque in-
troducti vociferarent pre pena non
viderentur vox humana sed feralis et
ex hominis pallaride preter ceterum
moveretur. Cum autem opus fami-
mium crudelitati aptum regi palla-
ridi presentasset, rex opus laudavit
inventorem autem eius execrans dixit.
Inter primum ex apices et probabis quod
in eo crudeli tuum crudelior prest-
titisti. Nam ipsum artificem sua inven-
tione punivit. Nulla enim lex equi-
or est quam necis artifices arte perire
sua ut dicit ovidius. In rege debet
esse iustitia. Quid enim sunt regna
sine iustitia nisi magna latrocinia.
Et ideo refert augustinus de civitate dei. Quod
erat quidam diomedes nomine qui cum
una galea infestabat mare capiens
hostes et expolians. Cumque multis
temporibus transeuntibus mari fuisset
infestus, regi alexandro nuntiatum fuit.
Quod alexander intelligens, parari fecit
diversas galeas et diomedem insisten-
sequi, et captum sibi presentari man-
davit. Cumque hoc factum esset in-
terrogavit alexander diomedem di-
cens. Quare mare tenes infestum.
Respondit diomedes. Propter quid et tu
orbis terrarum. Sed quia hoc ego fa-
cio uno navigio latro vocor, quia
vero tu hoc idem facis magna clas-
se diceris imperator. Sed si fortuna
michi mansuesceret fierem melior.
Atque quanto tu fortunatior tanto
es deterior. Alexander respondit.
Fortunam tibi mutabo ut non ascriba-
tur fortune malitia tua sed meritis.
Et sic factum est. Ut qui prius
erat pirata maris et latro fieret prin-
ceps et iustitie mirabilis amator. Con-
tinetiam carnis maxime redderet hec
quod representat una sola regina
que sedet a sinistris eius. Credibile
namque est ut cum rex bonis moribus
polleret et iustis actibus inter quod filii que

ex eo nascuntur eosdem mores seque-
tur. Degeneratio enim non debet a pa-
tre filius sed considerantur utraque rece-
pit naturam imitetur et mores. Ma-
gna namque aliqualiter facit rex et quili-
bet homo cum relicta uxore alteram
superinducit. Nam in omnibus animalibus
et avibus maxime patet. Ubi masculus
habet curam de filiis, quod masculus uni
soli iungitur ut in columbis patet,
et in passeribus et avibus similibus,
in quibus tam masculus quam femina pro-
lem nutrit. In quibus autem masculus
non nutrit prolem, illis masculus
pluribus feminis iungitur ut patet in
gallo, qui indifferenter ad multas
gallinas accedit. Et quia homo inter
cetera animalia maximam curam habet
de filiis educandis, hereditandis et ho-
norandis. Ideo contra naturam facere
videtur qui spreta uxore aliam su-
perinducit. De hac continentia ref-
fert valerius. Quod cum scipio af-
fricanus sic dictus quia devicit af-
fricam, cum esset romanus gener
et etatis viginti quatuor annorum
in suam potestatem redegisset ur-
bem carthaginis et inde multos ob-
sides recepisset, inter quos tum obla-
ta esset ei quedam virgo nimie pul-
critudinis adulte etatis ut suis fru-
eretur amplexibus, iuvenis princeps
celebris ac victor postquam sciunt ipsam
desponsatam cuidam cartaginensi
indibili nomine nobilissimo gentis cel-
tiberine, fecit vocari parentes puel-
le quibus virginem sponsam inmo-
latam et intactam tradidit. Aurum
etiam quod ei pro redemptione puel-
le portatum fuerat dotis summe ad-
iecit. Qua continentia et munificentia
dictus nobilis sponsus virginum
animos nobilium omnium de sua gente
romanis applicavit. Et hec de re-
ge dicta sufficiant. De forma regine
et moribus eius. ii.

Forma autem regine instituta
fuit sic. Nam super solium col-
locata est domina quedam pulcra

cum corona in capite et vestimento de auro circumamicta diversis varietatibus. A sinistris regis est collocata regina per maritales amplexus. Unde in canticis loquitur sponsa: Leva eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Est autem regina a sinistris regis collocata propterea quod regi donatur et parvi. Nam melius est regem habere per successionem patre genitum quam per electionem et principum voluntatem. Sepe enim principes diversis causis inter electores discordes fiunt et dissidentibus voluntatibus necesse est aut electionem tardari aut propriis utilitatibus attendentes personam regis in electione non meliorem aut ditiorem eligere sed viliorem propriis commodis affectare. Qui vero per ordinem primogeniture ad regalem dignitatem ascendunt necesse est educatos esse bonis moribus ac iustis actibus quibus informabantur a genitore rege. Et necesse est principes timere regem natum quam per progenitum considerare reputatum posterum.

Regina vero sapiens, casta, morigerata, honestis parentibus nata et in nutritione filiorum esse sollicitam necesse est esse. Sapientia autem eius apparet non solum in gestibus verum etiam in verbis. Et maxime quia curam mulierum secreta in corde secreto conservat, conferens in corde suo quod aliis decebit aperire. Mulierum autem natura communis est secreta male celare. Unde dicit Macrobius in libro de sompnio Scipionis. Cum puer quidam romanus nomine Papi-

rius semel patri inctus in curiam cum filiis sapientium romanorum, ubi quoddam secretum est habitum consilium quod non licebat alicui revellare sub pena supplicii capitalis. Cum ergo Papirius domum redisset et mater eum interrogasset unde venisset et quo iussum. Respondit puer se interfuisse consilio senatorum cum patre. At illa que consilia egerunt senatores in senatu. Cui ille: Non est licitum dicere quia sub pena capitis ne revelletur per consules est decretum. Mulier audior audiendi secretum silentium senatorum, modo precibus modo minis et verberibus cum puerum in diversa inclinare desideravit in contrarium pot curbavit. Cum ergo se paravit puero nimium esset molestia, levis mendacium Papirius consilium accepit ut penam effugeret et tamen secretum teneret. Actum ergo in senatum dicit utrum melius sit ut unus vir habeat duas uxores aut una mulier pluribus nupta sit. Hec dum audisset illa, atque filius eam monuisset ut nemini secretum diceret, illa statim in secreto ad ceteras matronas detulit. Et tantum factum est ut fere omnes romane femine hoc secretum scirent et publicum. Postera autem die quasi omnes femine ad senatum confluunt, orantes ut potius una mulier duobus viris nupta fieret quam uni viro due mulieres. Senatores quoniam esset illa mulierum intemperies et quid sibi hec postulatio vellet mirabantur et non ut parve rei prodigium pavebant cum verecundie sexus illa impudicam insaniam. Tunc puer Papirius intrans senatum dixit ex timore matris que sibi minabat mortem hoc mendacium invenit ut secretum consilium publicari non posset. Tunc senatores multum commendaverunt ingenium pueri, ac statuerunt ut nullus puer imposterum cum patribus ad consilium accedere p-

posuerit mamillis suis. Ut uxor carne eo facta fetente fetidum odorem redderent, et sic contacte relicte virginitatem conservaverunt suam. Quam advariam cum adeas accederent et statim inmunem sentirent fetorem, eis relictis ad seminarum loqui vertantur. Et sic facte sunt iste Forolivienses. Unam vero earum postmodum fuisse reginam Francie, et alteram alamanie. Rex vero Aiochanus mater earum una tantum nocte sola sibi matrimonio copulavit volens servare promissum. Postera vero die duodecim adnuarys i. ungaris illudendam publice tradidit. Tercia vero die eam privam fecit pallo ligneo usque ad gulam transfigi dicens. Talis libidinosa uxor que per concupiscentia civitatem suam perdidit talem decet habere maritum. Et hec de regina dicta sufficiant.

De forma et officio alphillorum qui sunt regis assessores. iii

Sciendum est alphiles fuisse formatos ad modum assessorum in cathedra, cum libro aperto ante oculos. Et quia quedam sunt cause criminales, quedam vero civiles temporales litigatorie, ideo duos iudices necesse fuit esse in regno. Scilicet unum alphilem in nigro quo ad primos, alterum in albo quo ad secundos. Horum officium est regi consulere, leges de mandato principis condere, totum quam regnum moribus informare. Causas istas fortes bene allegatas et probatas sinas diffinire. Consilia equa et recta sine personarum acceptione postulantibus ostendere, et contemplatione intendere, ut reges et alii operant manu ut ipsi mente et sua sapientia disponant et ordinent.

Debet iudex firmus et iustus esse ut non amore pecunie aut timore invidie aut cuiusvis origine corrumpantur. Quo ad primum dicit Seneca in libro de beneficiis. Potentior enim Diogenes Alexandro omnia possidente. Plus enim erat quod ille nollet accipere quam quod iste posset donare. Dicit enim quod Marcus Curius exercitus Romani dux cum obsideret Samnitas i. beneventanos, ipsi audissent eum esse pauperem rebus, tulerunt ei magnum auri pondus. Cumque invenissent eum sedentem ad cenam et ligneis vasis in cibo ut non aurum contempnaverunt eum pauperem, divitem velle fieri, dixerunt quod. Ecce quod tibi munus mandant Samnite idest beneventani, postulantes ut de obsidione discedas. Quibus ille respondit. Narrate inquit Samnitis. Magnum animum magis velle locupletibus imperare quam ipsum locupletem esse. Et mementote eum non acie exercitus vinci, nec pecunia posse corrumpi. Malum exitum habet illud quod virtute et meritis esse debet cum pecunia comparatur. Refert Elinandus quod Demostenes cum Aristodemum auctorem fabularum interrogasset quantum mercedis ut quid tale ageret accepisset et ille respondit auri talentum. At ego ait Demostenes plus accepi ut tacerem. Ita lingua causidicorum lingua causidici est vel dampnificat est nisi eam ut dicit solet funibus arcis vinciatur. Apud advocatos et ipsum silentium venale est. Unde refert Valerius quod cum senatus consultum romanum in ipso senatu quereret de duobus quorum unus erat pauper alter ditissimus avarus tamen, quis eorum esset aptior ad regendum et gubernandum rempublicam ad mittendum in Hispaniam, Scipio emilianus respondisse dicitur. Neuter michi mittendus videtur, quia unus nichil habet et alteri nichil est satis. Eque iudicibus reprobamus

paupertatem ipsius ferrum quo annectus erat coram toto senatu exemisse et quod senatus voluit se manu propria ipso eodem gladio peremisse. Sed heu hodie multe ciuitates et iudices illud faciunt quod dixit anacharsis qui dixit leges esse similes aranearum telis. Sicut enim illa animalia maiora et fortiora transire permittunt et infirmiora ut muscas tenent, et nunc sic legibus infirmiores et populares ligantur maiores vero et potentiores non constringuntur. Et ideo ex hac nascuntur bella ciuilia, aliorum discordia, super minores maiores exercent latrocinia et requirunt cuncta furtiua. Nec mirum quia quos diuinus amor non retrahit pena promulgate legis non punit. Necesse est in omne scelus et flagitium dillabi. Cum vero lex in solentias potentum seuere punitionis per penas exegerit statim exemplum in feriores constituit. Contemplationi et lectioni scripture debet intendere. Nam et si fabrorum artifices lignorumque cesores multa opera se explorentur educere et agricole se mundo predicent vtiles hii tamen iudices contemplantes plura hiis omnibus faciunt et operantur. Vnde dicit seneca. Crede michi quod qui nichil agere videntur maiora agunt humana diuinaque simul tractant. Ideo inter artifices nulla est queque placida in qua ratio iudicium ipsi conposuit. Et ideo dicit agelius in libro noctium acticharum de socrate. Constare consueuerat tempore ita cogitabundus ut per diem vnum naturalem a summo solis ortu usque ad solem alterum orientem immobilis in eisdem vestigiis soreatque oculis in eundem locum directis tamque quondam secessu mentis atque defixo a corpore permaneret. Et interogatus cur attentum se esse diceret. Mundanum inquit se totius mundi incolam et ciuem arbitrabatur. Refert valerius quod carneades laboriosus et diuturnus sapiens cum ad mensam sederet cogitationibus tamen inherebat vt manum ad cibum ponere obliuisceretur. Sed melissa nomine vxor eius quam magis vite societate quam animali copula sibi iunxerat temperate inter studia et inde sicuti reuendi officio dexteram vsibus necessitatis aptabat. Videre eum nobilis et sapiens fame permouet. Vidimus ad alexandrum dicit Regno simus in mole huius mundi. Sed ad eius renecta in ceteris terrarum veniemus vt in volicat consistere sed transire. Nichil enim pocie videor contingere quippe qui mundi confinia fronte pro... vt in expeditis ac faciles spacium propositi decurramus itineris. Et haec de iudicibus siue alphilibus dicta sufficiant.

De forma et officio militum iij.

Militem super equum sibi armis armatum in positione et formatum nouerimus habere galleam in capite hastam in manu dextera clipeo protectus in leua. ensis et claua in cedens, gladius inde terra, lorica indutus et corpore, plectus in pectore, ocreas in tibiis, calcaria in pedibus, in ambabus manibus ferreas cirothecas, equum dextrum et ad bellum aptum cum falleris.

Hii dum accinguntur balneantur vt nouam vitam ducant et moresque noctibus peruigilant, a deo postulantes eis perpetuum donari quod desiderat eis aniatum. Per reges vel principes accinguntur vt cum debent esse custodes a beo accipiant dignitatem et sumptus. Sapientia. Fidelitas. Liberalitas. Fortitudo. Misericordia. Custodia populi. Legum zelus in eis sint. Vt sic in armis corporis decorantur et moribus

polleant. Quanto enim militaris dignitas alios excellit excellentia et honore tanto amplius debet eminere virtute. Cum honor nichil aliud sit quam exhibitio reuerentie in testimonium virtutis. Sapiens enim esse debet miles et expertus. Ante enim quam miles ad angulum veniat tutorem necesse est esse vt diuturna experientia doctus sit aptus ad regimen. Cum enim vita bellantium in manu sit militum, per quod et sibi bellicum committitur, ideo necesse est eum esse prudentem. Plus enim operatur in bello ars et experientia prudentis militis quam fortitudo et experientia et audacia inexperti. Necesse est enim in captionis precipitium ruere cum princeps militie non prudentia sed audacia sola super hostes nititur triumphare. Propterea nemo iuuenes vel tyrones eligat duces, eo quod non constet eos esse prudentes. Alexander macedo orientis partes egyptum iudeam asiam caldeam indiam et usque ad confinia bragmanorum veniens prudentia magis antiquorum militum quam tyronum fortitudine vicit. Legimus in romanis historiis quod miles quidam nomine malescihita fuit tante sapientie et fidei vt mortuo theodosio imperatore, ostragildonem nomine fratrem suum germanum qui africam proprio iure absque senatu applicari re velles bellum mouit pro tuenda republica. Hic malescihita prudens et sciens duos habebat filios quos gildo predictus occiderat et in sanctos christi nimia crudelitate seuiebat. At malescihita sciens quantum in rebus desperatissimis oratio hominis per fidem christi valebat capraria insulam adiit inde secum sanctos viros ibidem exilio dampnatos adducens cum quibus orationes continuauit tribus diebus et totidem noctibus. Ante triduum quam prius quam hostis congressus fieret vidit nocte ambrosium paulo ante defunctum vbi christi victoriam caperit diem quam sibi indicante. Expletis vero tribus diebus et totidem noctibus in orationibus et hymnis de victoria factus securus cum quinque milibus contra aduer... octoginta pugnans nutu dei sine bello in deditione accepit. Quo viso barbari destituunt auxiliari gildonem illico terga vertentes. At gildo fugam arripiens ascensa naui cum redisset in affricam post aliquot dies strangulatus interijt. Hii duo romani milites germani quoque fratres in affrica pro tuenda republica missi fuerunt. Huiusmodi etiam militaris sapientie fuerunt gloriosi milites Iohannes et simeon machabei qui contra appollonium regis demetrij ducem pugnantes cum essent pauci et appollonius in multitudine militum confideret contra ipsos equites de mane vsque ad vesperam incala mittentes eos laborare fecerunt atque ipsis equitibus fatigatis in eos irruerunt et eos debellauerunt. Fideles debent esse milites principibus suis. Miles enim nomen amittit qui principi suo fidem seruare non nouit. Preciosus lapis et margarita perfulgida est fidei firmitas circa milicia. Refert paulus longobardorum historiographus. homilphum nomine militem ticinensem seu papiensem domino suo regi percturich nomine tante fidelitatis signa monstrasse vt se morti pro salute domini sui exposuerit. Nam cum grionaldus beneuentanus dux pergari gildum ducem taurinensium primum proditorem corone regie interfecto egodiberto longobardorum rege ad regni gubernacula per violentiam atque fraudulentiam ascendit. Fugatus etiam dicti egodiberti frater germanus nomine pertarich vsque ad vngaros iuit quem homilphus miles reconciliare regi grionaldo curauit vt de vngaria vbi ob timorem grionaldi regis nec viuere poterat saltem ad pedes regis veniens et veniam petens seruam vitam sine dignitate que sibi debebatur posset decoter ducere. At vbi eam reconciliatio est expleta grionaldus rex posterius temporibus inimicus linguis maledicus re

dulus ipsius perthanch que sibi revelaverat, incontinenti accedere querens et vina que ipsum inebriari possent ne sue saluti provideret dari mandavit. Que res homilphum militem perthanch non latuit. Ideoque accersito armigero homilphus pertarich domum intravit ac ibidem armigero in cubiculo ac lecto relicto ipsum pertarich cohopertum lecti stramine tanquam proprium armigerum de domo educens cum iniuriis ac verberibus eum ad domum propriam adduxit, regis excubiis ante fores domus stantibus et opinantibus eductum eductum armigerum homilphi non dominum. Eadem nocte circa galli cantum homilphus miles ipsum dominum suum pertarich de muro civitatis cui domus herebat fune submisso emisit, qui acceptis equis pascualibus fugiens ad civitatem astensem advenit et de loco illo ad regem francie proponuit. Cumque facto mane homilphus et eius armiger fuissent a rege detenti examinatique fuissent de modo et forma qualiter regem perthanch suum dominum liberassent, dixit rex consiliariis suis, qua pena sunt puniendi isti qui sic contra nostram regiam voluntatem fecerunt. Et cum unus capitali supplicio alius vivos excoriandos diceret, alius vero eculeo crucis pendere dignos affirmaret, rex respondit. Per illum qui me nasci fecit, isti nulla morte sunt digni sed omni honore quia suo domino fideles extiterunt. Et ideo rex grimoaldus eos multis honoribus et muneribus premiavit. Garibaldus vero proditor taurinensium dux primanum armigerum godiberti quondam regis quem sua proditione regno et vita privaverat, in solempni festo in ecclesia sancti Johannis baptiste apud taurinum iuste et mirabiliter fuit interfectus. Non solum autem decet milites esse fideles ad duces et principes suos sed et ad se ipsos ut fideli iungantur amicicia. Multum enim acies militum timetur ab hostibus cum eorum amicicie et fidelitatis vinculum inviolabile opprimitur. At contrarium macie

militum desidia oritur raro belli victoria expectatur. Milites ergo sic se amore mutuo foveant, ut honorem alterius suam putent victoriam esse, et morti milites unus pro altero se exponant. Tales fuerunt generosi milites Joab et Abisai qui contra siros et admonitas bellantes sibi invicem fidelis amicicie auxilia prestantes hostes in fugam verterunt. Unde dixit Joab ad Abisai. Esto vir fortis et pugnemus pro populo nostro et pro civitate dei nostri. Et si prevaluerit adversum me siri, eris michi in adiutorium; si autem filii amon prevaluerint adversum te, auxiliabor tibi. Sic ergo pugnantes omnes fugaverunt. Legimus etiam quod Damon et Phithias sic fuerunt nobiles milites ac pithagore discipuli, et hii inter se talem iunxerunt amiciciam ut cum Dionisius rex sicilie apud siracusam constitutus unum eorum interficere vellet, et is tempus ab eo peteret quo iret domum ut ordinaret res suas, impetrasset, alter vadem id est securitatem pro eius reditu tirampno dare non dubitavit. Appropinquante autem prefinito die nec illo redeunte unusquisque stultitie tam temerarium sponsorem dampnabat. At is amici constantiam nil se metuere predicabat. Eodem itaque momento et hora a dionisio constituta qui eam acceperat supervenit. Et admiratus rex eorum fidelem amiciciam supplicium remisit. Eosque insuper ut ipsum regem in societate eorum amicicie quod ipsi dignum vellent recipere exoravit. Ecce vires amicicie mortis ignorare contemptum, vite dulcedinem exuere, crudelitatem mansuefacere, odium in amorem convertere, penam beneficio compensare potuerunt. Suetonius dicit quod Julius cesar amicicias non facile admisit, constantissime retinuit. Scipio affricanus dicebat. Nichil est difficilius quam amiciciam usque ad extremum vite diem permanere. Interdum enim amicicie comminuuntur contentione, iniuria vel alterius comodi causa quod idem adipis

ci utrumque non potest. Vere amicicie difficile reperiuntur nisi in illis qui in honoribus rei publice versantur. Ubi enim invenies qui honori suo amiciciam anteponant. Liberales milites esse oportet. Cum enim miles propria comoda respiciat, subiectos sibi diciores lucri invidia premit. Cum vero commilitones propria de pecunia periculis exponit et sumptus et lucra multiplicare conantur, citius in eis hostibus terga vertit. Sicque sepe videmus eum qui multiplicavit pecuniam neglecta victoria sibi cedit avaricie tenacitatis in ruinam. Quanta hodie deficere videmus qui accipiunt et teneant habundare cupientes. Provideat ergo miles liberalitatem habere, ne avaricia ductus tenacitatem lucrum putans, hostis emulus alieno dives effectus suum proprium liberalitate sollicitet, ut quod nature non restituit sine viribus pecunia attenteret. Sepe enim fit ut quod natura negavit, pecunia vincat. Et ideo summa vigilantia est attendendum ne imminente belli periculo pecunie fiat exactio. Attende tibi planetam qui nunc dominatur, sic milites dominantur intra urbem spoliatus propriis, extra ad quos confugiens refugium alienum. Ditati propriis propter suos ardentes avaricia spoliant, nequid per exteros extimas ditari. Absit. Nemo enim sua relinquens aliena sperans dives fit. Communia sunt inter milites omnia preter arma quibus enim debet esse communis victoria sit et preda. Et ideo david in libro regum dixit. Equa erit portio descendentis ad prelium et remanentis ad sarcinam. Propter quod remanentium voluntas extunc extitit ut non solum militie haberet principatum sed et regni postmodum coronam haberet. Alexander macedo in forma simplicis militis porri indorum regis curiam visitavit ut per se ipsum ipsius statum et militiam exploraret. Cum

igitur alexander a porro rege honorifice fuisset susceptus, et quesivisset de alexandri viribus et consuetudinibus, non alexandrum porrus putans sed antigonum militem alexandri eum invitavit ad mensam. Alexander vero sub antigoni nomine positus, quod ferculi susceptione vasa aurea argentea dapiferi clam et furtim sibi ut propria vendicavit. At postquam super hiis alexander ut antigonus esset porro regi per servitores cibiferos accusatus, post cibum alexander ut antigonus assistitur. Et quesitus super hiis fertur respondisse. O domine mi rex, ut virtutis assistentes fortes milites lateribus alexandri consuetudines et munificentiam audiant. Quod quia factum esset alexander ut antigonus sic prosequitur. Mi domine rex audiens ergo famam tuam maiorem esse alexandro tam militia quam expensa ad te simplex antigonus miles confugi ut tamquam maiori tibi non sibi possem assistere. Verumque alexandri lex est, ut omnis miles post cibum vasa aurea argentea in quibus sibi cibaria propinantur ad mensam propria sibi vendicet et asportet ad placitum suum. Te ergo non minorem eo putans eandem consuetudinem in tua curia servare decrevi. Quod audientes milites porri eum relinquentes et alexandrum ducem sequentes in castra, muneribus honorati una cum rege alexandro contraque porrum regem indie venientes ipsum occiderunt, totamque indiam regis alexandri dominio subegerunt. Memento miles, mensa clausa nulla tibi offertur victoria. Unde versus. Munera crede michi placant homines que deosque. Placatur donis iupiter ipse datis. Verba mulcent aliquos, sit tibi responsio mollis. At cum pecunia funditur belli negotia perterminuntur. For

tes milites esse debent non tam fortitudine corporis quam animi. Plerumque enim multi fortissimi robore corporis debiles sunt animo. Magno corpore fortes esse possumus raro aut animosos esse credimus. Mediocres vero magis animosos et ad bellum aptos existimamus. Fortis est ergo qui patitur et non deducitur. Legimus codrum tanti fuisse animi ut cum esset princeps exercitus atheniensium contra pelliponenses ad bellum paratus et inter ipsas acies lex esset edita ut illi victores existerent quorum dux in prelio caderet, habitu peregrino non militari suscepto in hostes se dedisse bello precipitem ut sic pulcrum percussus ab hostibus interiret. Maluit enim mori ut vincerent sui quam vivere suis superatis. Dulce et decorum est pro patria mori. Nemo sine spe magne felicitatis pro patria se offert ad mortem. Misericordia in milite luceat. Nichil est enim quod tam preclarum faciat militem quam cum ad victoriam venerit dum fuerit prostratum cum possit occidere. Fere potius quam multis opus est adversarium non victoria sed amorem sitire. Propter quod legimus quod cum silla romanorum dux expertus esset multas multasque victorias contra romanos interiores habuisset in tantum ut primo bello apud apuliam decem et septem milia, apud vero campaniam septuaginta milia parcente fame sibi velle inhermes tot milia occidisset. Quintus catullus palam sille dixisse fertur. Siste modo, misericors esto cum quibus tandem victores sumus si armatos in bello in pace inhermes occiderimus. Summum genus vindicte est parcere cum possis nocere. Hic lenis miles ioab princeps exercitus david debellato absalone cum eius exercitu cecinit buccina et retinuit populum ne persequeretur fugientem israelem volens parcere multitudini. Mortui enim erant ex eis quasi viginti milia hominum. Hic etiam ioab expugna-

to abner principe regis saulis cecinit buccinis suis dum fugientem abner insequeretur ad eum sic loquitur. Numquid usque ad internitionem tuus mucro desevit? An ignoras quod periculosa res sit desperatio? Usquequo non dicis populo quod dimittat persequi fratres suos? Quo audito pius miles ioab insonuit buccina et stetit omnis exercitus nec secuti sunt ultra israelem nec inierunt certamen. Custodes popularum debent esse milites. Cum enim populi multitudo moratur in castris militum acies semper vigilet. Nam ob id legiones militum a romanis de diversis nationibus romam vocate sunt ut quieti et propriis artificiis populares vacare possent. Non enim potest artifex artificio et bello varie simul insistere. Et ideo milites populum custodiant, ipsi vero populares militia scripti artificiis suis solliciti existunt. Quo securius belli tempore erit agricola nisi militum affuerit assidua vigilantia et diuturna custodia. Sicut enim gloria regni sunt milites sic et militibus necessaria congregant populares artifices. Sic enim nemo sibi militat sic et artifex nemo sibi laborat. Custodiant igitur milites populum ut populus pace gaudens militibus sumptus accumulet et impensas. Legimus enim quod achis rex geth dixit david militi. Ego custodem capitis mei ponam te omni tempore. Certare etiam debent pro legibus milites quia regiam maiestatem non solum armis decoratam sed etiam legibus oportet esse armatam. Laborare debent milites ut iuste leges diligentius observentur quemadmodum refert trogus pompeius de ligurgo quondam nobili milite qui finxit quasdam leges. Et quia populo dure videbantur tamen etiam quia iuste videbantur actorem earum appollinem delphicum dixit fuisse. Cumque eas populus propter earum duritiem solvere vellet et ligurgus populum in civitate sacro astrinxisset eas

non solveret donec consuluisset delphicum ac reversus responsum portaret ad cretam insulam iuit ibique perpetuum exilium ut pede leges observarentur. Cumque appropinquasset morti ossa sua in mare proici mandavit ne si forte mortui ossa ad civitatem advincta fuisset delata existimarent se a iuramento absolutos esse. Predictas autem leges quia iuste erant et utiles hic subscripsimus. Prima lege populum in obsequium principum et principes in obsequium populi atque ad iustitiam imperiorum formavit. Secunda omnibus parsimoniam persuasit existimans laborem militie assiduum frugalitatis consuetudine faciliorem fore. Tercia enim singula non pecunia sed compensatione mercium iussit. Quartam auri et argenti omnium malorum materiam instituit. Quinta administrationem rei publice per ordines divisit. Regibus potestatem bellorum. Magistratibus iudicia et annuas sanctiones. Senatum custodiam legum. Populo eligendi et creandi quos vellet magistratus potestatem dimisit. Sexta fundos omnium equaliter divisit ut equa patrimonia neminem alio potentiorem redderet. Septima communiter iussit omnes publice ne cuiusquam divitie sint causa luxurie. Octavam iuvenibus non amplius una veste uti toto anno permisit. Nona pueros pauperes non in foro sed in agro deduci iussit ut primos annos non in luxu seu iocho sed in opere agerent. Decima statuit virgines sine dote nubere. Undecima ut uxores eligerent non pecuniam iussit. Duodecima maximum honorem non divitum sed pro gradu etatis senum esse voluit. Nulla autem lege aliquid sanccivit cuius primo ipse servando aliis non fuit in exemplum. Tales enim legis celatores fuerunt generosi milites mathathias et eius filii ut primi

et secundi libri machabeorum narrat hystoria. Et hec de militibus dicta sufficiant.

De forma et officio rochorum qui sunt regis vicarii. ——— vi.

Vicarii seu legati regis sunt rochi quorum forma sic scribitur.

Nam miles super equum cum clamide de vario et cum capucia hinc in manu dextera virgam extensam positus fuit. Quia enim rex in regno suo ubique presens esse non potest, ideo necesse fuit ut auctoritas regie que est in rege sicut in fonte deducetur ad rochos ut ad suos vicarios, ut ipsi personaliter regnum visitent et regiam potentiam subiectis dictioni regie omnibus manifestent. Quia vero regnum congruum distantia locorum diffunditur ne novitates in una parte regni altera ignorante oriantur, necesse fuit duos esse regni baiulos seu regis vicarios unum in dextera alterum in sinistra. In hiis debet esse iusticia. Pietas. Humilitas. Patientia. Voluntaria paupertas. et Liberalitas. Iusticia lucet in regis vicariis quia ipsa est preclara virtutum. Interdum enim fit ut propter negligentiam ministrorum dum supplendo iustitiam subvertunt sine culpa principis ignoranter regna perduntur. Qualis enim rector, tales et ministri. Cum igitur ministri sunt impii, talis et ipsorum rex esse putatur. At vero cum ministri omnimode iustitiam custodiunt, et iniustus rex etiam si protervus fuerit ab omnibus iustus reputatur. Romani propterea leges iustas esse voluerunt ut hii quos delegabant ad regimen servando leges

alibi a iustitie declinare non possent. Fuit
enim dictum generale apud antiquos. Nil ex
pedire quod non erat iustum. Unde nar
rat Valerius quod cum Themistocles diceret
atheniensibus quod sciret salubrem con
silium. Si quod incenderent classem ma
cedonum. Nec publicare consilium voluit
sed petiit unum sapientem civitatis illud
exponeret. Et fuit sibi datus Aristides
Qui audito consilio rediit ad contionem
dicens. Themistoclis consilium utile est
sed minime tamen iustum ad tamen revoluite.
Ab hac contione, quod equum non videret
nec expedire clamavit. Adeo enim in re
gimine urbis debet vigere iustitia ut pro
salvanda republica sua omnimoda cura
ponant et proprie vite utilitatem post
ponant. Huius exemplum habemus de mar
co regulo de quo ait Tullius in libro de of
ficiis. Cum enim carthaginensibus
bello navali certasset a quibus superatus
captivus fuisset, ab ipsis carthaginensibus
missus est romam sub iuramento rede
undi pro commutatione captivorum. Ut
scilicet quos romani tenebant carthaginen
sium captivos dimitterent, et carthagi
nenses captivos romanos apud se de
tentos libere abire laxarent. Marcus
ergo regulus romam veniens in tractus
senatum postulationem carthaginensium
petiit. At senatus renuit. Quid inquit
super hoc tuum est consilium. Ait marcus
regulus. Neque utile fore romanis im
plere quod carthaginenses postulant
cum quia iuvenes et in certis bello sunt, aut
senectute confecti quorum unus ego sum
quos carthaginenses de ipsis romanis
detinent. Fortes autem et prudentes et
bonos duces novi quos de carthagine
sibi detinetis. Cumque detineretur a
propinquis et amicis redire maluit
quam fidem datam hostibus falsificare, non
ignorans ad crudelissimos hostes se re
quisita supplicia profectum, melius
iusiurandum servare decrevit. Legi
tur quod quidam ex romanis qui erant
in captivitate hannibalis iuravit de red
ditu sine redemptionis precium non da
ret promississent. Cumque domum redis

set, dixit quod se fallaci reditu iurisiura
iurandi absolvisset. Quod cum innotu
it omnibus senatus consultum censuit
eum comprehendendum, et custodibus
publicis datum ad hannibalem reducen
dum. Unde refert Valerius libro vi.
de camillo duce romanorum. Qui cum
faliscos obsideret, magister qui doce
bat nobilium liberos eos turpi arte de
cepit. Namque quia scola videbatur pre
cellere, illos pueros ante urbem exercen
di causa, [illegible] eos paulatim elon
gando attrahens demum ad castra ro
manorum sermonibus blandis perduxit.
Et eos ad camillum perducens scelesto fa
cinori scelestiorem sermonem adiecerit,
asserens se faliscos in manus roma
norum transfudisse datis pueris quorum
patres in potestatem urbem haberent.
Que ubi camillus audivit ait. Non ad
similem inquit tui, nec populum nec du
cem scelestus ipse cum scelesto munere
venisti. Sunt nobis belli sicut et pa
cis iura, iusteque ea servare didicimus.
Arma quoque habemus non adversus
eam etatem cui captis urbibus parcitur
sed adversus armatos et ipsos faliscos.
Tu eos quantum in te fuit novo scelere
vicisti. Ego romanis arte virtute
armis eos vincam. Non solum autem
sprevit presidium magistri sed censuit ut
pueri post tergum manibus ligatis ipsum
ad eorum parentes adducerent. Qua
iustitia cum eorum beneficio magis quam
armis victi senatu civitatem [illegible]
cauta mutatio animorum est in recta
utrique modo consuli videbantur. Pacem
petierunt et portas romanis apperi
rent. Narrat florus quod medicus
pirri regis nocte ad fabricium venit
promittens se pirrum extinctum ve
neno si aliquid ei donaret, quem
fabricius vinctum reduci iussit ad
pirrum dominum suum. Pirro quoque
dici fecit omnia que medicus in eius
caput spoponderit. Tunc pirrus
rex admiratus eum dixisse fertur
Iste fabricius difficilius a fidelitate
sua quam sol a suo cursu averti posset.

Sic ergo igitur legis dicte tales fuerunt
in operibus iustitie amore patrie et
cupiditate fame quales hodie debe
rent esse christiani in operibus divine iu
stitie. Sed heu hodie lombardos undi
que bella premunt, atque non solum ar
mis sed invisibilibus [illegible] fe
runt. Proditiones, dolositates, frau
dulentie cottidie succrescunt, hostes
quos prosternunt, nulla fidelitas nulla
lex servatur. Nulla pacta et nulla iu
ramenta custodiunt homines. Vasalli
dominos insurgunt, et domina naturalia
fugientes querunt libertatem donare
vilissimorum. Cives effecti dominos na
turales perdidisse suspirant. Pieta
tem hec vicarios decet que ad omnia
valet. Est enim pietas in affectu per
compassionem, in effectu per remis
sionem, per largitionem, per condescensio
nem. Pietas enim est ex benigne
mentis dulcedine gratiosis omnibus
auxiliatrix affectio. Refert Valerius
in libro predicto quod nobilis sanguinis
mulierem pretor ante tribunal suum
capitali crimine dampnatam incar
cere necandam tradidit. Sed ille
qui carceris custodie preerat misericordia
motus non eam protinus strangu
lavit. Aditum quoque dedit filie sed
diligenter excussit, ne quid matri
portare posset, futurum existimans
ut fame periretur. Pluribus
autem transactis diebus secum ipse
querens, quid nam esset quod tam
diu conservaretur, curiosius obser
vans animadvertit filiam extracto
ubere fame matris lactis sui sub
sidio relevantem. Que cum admi
rabilis spectaculi novitas ad iu
dices delata fuisset remissionem
pene impetravit mulieri. Quid
enim non penetrat aut non excogitat
pietas. Quid enim tam inusitatum
et inauditum quam matrem filie ube
ribus alitam. Putaret hec aliquis
contra naturam esse factum, nisi pa
rentes diligere prima nature lex
esset. Rex apium ut dicit seneca

omnino sine aculeo est. Voluit enim na
tura nec severum esse nec ultionem ex
petere, gladium quoque ei detraxit et iram
eius inhermem reliquit. Exemplum
hoc magnis regibus ingerens ut
non pudeat ab exiguis hominibus trahere
mores. Refert Valerius libro quinto.
Quod marcus marcellus captis a se sira
cusanis cum esset in arce urbis opulen
tissime constitutus, et afflictorum fortunam
ex alto cerneret, casum lugubrem cohi
bere non potuit. Narrat idem valerius
quod cum cesar augustus pompeium vic
tum conspexisset pias lacrimas dedit.
Dicit idem Valerius de pietate pompei
erga regem germanie qui contra populum
romanum multa bella gesserat victum
in castro suo supplicem iacere diu non est
passus, sed benignis verbis eum recre
ans diadema quod abiecerat capi
ti suo reponi iussit et in pristine for
tune habitum eum restituit, eque
pulcrum esse iudicans vincere reges
et parcere. Consimile dicit idem va
lerius de quodam romanorum consule
nomine paulo. Qui cum quendam cap
tivum ad se duci audisset, occurrit illi
et illum volentem ad genua sua pro
cumbere de terra levavit et ad spem
hortatus ipsum in consilio secum sedere
fecit, nec indignum honore eum iudi
cavit dicens. Nam si nos enim [illegible]
gnum hostem inimicis novimus et
laudabilem et felicem in miseris. Cesar
audita morte cathonis emuli sui di
xit se eius glorie invidere et patrimo
nium suum suis liberis reservavit.
Dicit enim virgilius libro sexto
instruit principes populum regere et
tractat augustinus de civitate dei libro v.
per hos versus. Tu regere imperio po
pulos romane memento. He tibi
erunt artes pacem imponere cunctis
Parcere subiectis et debellare super
bos. Et alibi hennius per hos versus
dicit. Sit piger ad penas princeps
ad premia velox. Nichil reddit prin
cipes ac eorum vicarios inter populos
tam caros quam affabilitas eorum cognita

conuersatio que erudiuit pietatis exemplum. Nam legitur de traiano imperatore. Qui cum argueretur ab amicis suis quod ociam nimis condescenderet. Respondit se esse velle talem imperatorem priuatis qualem imperatorem sibi ipse priuatus optaret. Alexander refert valerius quod cum potestate sua duceret exercitum, militem confectum senio et frigore obstupefactum respexit ipse sedens in sede sublimi. Et appropinquans ei statim descendit et manibus suis ipsum militem posuit in sede sua. Ad eum salutare fuit dixit quod apud persas primum fuerit quod in regium solium occupauit. Quid igitur mirum si sub eo duce militare hanelabant milites cum militis in voluntatis propriae fastigio carior extitit. Humiles esse debet victor. Quanto maior es humilia te in omnibus. Refert valerius maximus libro septimo. Quod publius valerius adeo plebem semper dilexit ut merito plebicola cognominatus sit. Adeo edes suas in medio foro existentes diruit fecit quia nimis excelse super ceteras apparebat. Quanto enim homo apparet in foro tanto gloria est superior. Idem adeo pauper mortuus est ut non sumptu proprio sepeliretur. Debent sic esse humiles ut cum proffitijs cedunt atque alijs honorem conferunt. Honorum est regnum nolle regnare cum possis. Idem valerius dicit libro tercio. Cum fabius maximus a se et a patre, abauo et proauo, maioribusque suis sepe consulatum gestum animaduerteret, cum populus constituere cogitasset filium potius quam alijs varronem huius honoris fabie genti traderet. Non quidem de virtutibus filij diffidens erat, erat enim illustris, sed ne maximus honor in vna familia continuaretur. Quid hac moderatione valentius quae etiam patris affectus qui potissimi habentur superauit. Idem etiam senatus cum maioribus totus senatus consensisset conferretur, ille se excusaret quod pre senectute non bene videret. Assumamus aliquis inquit. Alium vobis querite

ad quem huius honorem transferatis. Nam si me cum tegere cogatis, nec ego mores vestros ferre, nec vos meum imperium pati potueritis. Rex quidam fuit subtilis ingenij certe iudicij, qui cum ferunt sibi traditum diadema prius quam capiti imponeret diu considerans se adtraxisse. O corona nobilem magis quam felicem, quam si quis penitus cognosceret quantis sollicitudinibus periculis atque miserijs sis refferta, cognosceret nec humi quidem iacentem tollere vellet. Post gloriam iudicium sequitur inmemine. Ideo quanto clarior eris tanto magis sollicitum te esse oportet. Legimus et Josephus recitat. Quod cum quidam amicus tiberij cesaris eum appellaret quare presides prouinciarum nimio tempore in officio contineret nec ab officio amoueret. Facerem inquit si rei publice et subiectis populis expediret. Memini me inquit hominem plenum vlceribus muscis cruciatum vidisse. Cui cum ego compaciens accepto flabello muscas depellerem michi respondit. Cur muscas meo sanguine plenas repellis et famelicas aduenire permittis, in duplum michi cruciatum auges. Unde michi extimas sibi venire. Sic ergo ait tiberius dum presides in officio dimitto regnare, quos scio ditatos, ne eis amotis alij pecunia vacui substituti relicta iusticia aspirent ad inventa sintque populis in exactionibus grauiores. Vespesianus tante humilitatis extitit ut nerone mortuo, vitellio imperij raptore turpiter a romanis trucidato, acclamantibus romanis vespesianum dignum imperio, domiciano duce cum diu id sibi me reprehendente tandem vir coactus consensit. Laudabilius esse memento te coactum imperium suscipere quam vltro te honori offerre. Hinc humilis ille joab vicarius dauid regis dum ciuitatem filiorum amon obsideret videns quod capienda esset ciuitas scripsit regi dauid vt ad obsidionem veniret vt eum capta esset ciuitas non sibi

sed ipsi regi dauid victoria ascriberet. Patientia debet esse in iniurijs siue in perpessione iniuriarum siue in remissione culparum siue in moderatione discipline in correptionibus. De patientia alexandri dicitur quod cum antigonus ei dixisset. Quod cinicus competebat regem magis se ipsum consideraret, eo quod non erubescebat permittere dinari tempore suo regnum voluptatis et luxurie, et ideo eum indignum regno dicebant. Patienter dictam reprehensionem tulit nichil quam propter quod se corrigere et honestos mores assumere dixit. Simili modo narratur de patientia Julij cesaris. Cum enim caluus esset et hirsutissimum ferret et capillos defluentes a vertice ad frontem reuocaret, miles quidam ei dicente: Facilius est te cesar caluum non esse quam me in romano exercitu vnquam timide egisse vel actum esse. Nimio patienter tulit. Cum etiam eiusdem Julij cesaris quidam eiusdem materna originem despiceret et panificum eum vocaret ridendo protulit dicens: Quid melius extimas an quod nobilitas mea in me incipiat an quod tua in te desinat. Melius est homini in eo nobilitatem incipere quam finire. Cum eidem Julio cesari alius diceret: O tirampne, patienter respondit dicens: Si essem non diceres. De scipione affricano qui fuit bellicosissimus narratur. Cum quidam ei diceret: Vellem militem esse sub armis accum vocaret paruum pugnantem. Patienter tulit dicens: Imperatorem me peperit mater mea non pugnatorem. De vespesiano dicitur quod cum quidam ei diceret lupum posse mutare pillum non animum, ipsum autem neutrum mutare posse, eo quod pecunie esset cupidus nec auariciam minueret processu etatis, sic respondit. His omnibus risum debemus nobis correptione et penam carnibus. De rege antiocho refert seneca quod cum audisset quosdam male existimare et oblo-

quendo de eo et inter dicentes et audientem esset solum paries medius, seu sola cortina illam leuiter commouit ex persona alterius. Discedite hinc ne vos rex audiat, audit enim vos ista cortina. Patientes enim esse debent victum circa penas illatas. Unde refert valerius de anaxagora quem cum tirampnus torqueri fecisset et amputatione lingue comminaretur. Non est inquit ille huiusmodi pars corporis mei tue dicionis et ideo dentibus eam abscidit ac comminutam in faciem tirampni conspuit. Magni viri est et spectabilis nichil omnino obliuisci nisi iniurias. Patientiam habeant victum circa correptiones faciendas. Refert valerius quod archita tharentinus qui fuit magister plathonis cum vidisset agros suos negligentia villici esse destructos ait: Sumpsissem a te supplicium nisi tibi essem iratus. Malluit enim ipsum impunitum dimittere quam ipsum propter iram plus iusto grauiter punire. Refert idem valerius de platone quod cum aduersus delictum serui sui vehementer exarsisset speusippo nepoti suo ex sorore sua mandauit modum correctionis. Deforme sibi existimans si a se adiudicatio sua reprehensionem meretur. De therodoro dicitur quod cum seruo suo irasceretur, cum iussit ei in manum deponere scapulas que verberibus prebere sua manu ipse cesurus. Postquam autem se sensit iratum manum suspensam detinebat sicut sustulerat. Interrogatus autem ab aliquo qui superuenit quid ageret. Vide castigare penas ab homine iracundo existimans nolo. Tu autem seruum istum verberibus obiurga. Nam ego irascor propter quod cedere nollo. Nam iratus plus faciam quam oportet. Faciam ergo ut sit seruus iste in sua potestate qui in sua potestate non est. Equalis sum ergo et oblitus seruum quem post castigaret iubens fustes ipsum abstulit quam sibi ipsi potestatem

in suo et deo aut servata. Nichil tibi liceat cum miseris. Et hec ideo quia cum in seviris vis omnia tibi licere, sed vince animum; non potes scito illa incipiet vincere. Paupertas voluntaria adeo fuit in antiquis principibus ut magis famam quam pecuniam divites esse affectaverunt. Et ideo victorum decentes esse pauperes voluntaria paupertate. Narrat Valerius libro tercio quod cum Scipio accusaretur de pecunia apud senatum, respondit: cum totam Affricam potestati vestre subiecerim, nichil ex ea quod meum diceretur preter cognomen retinui. Fuit enim dictus Scipio Affricanus quia devicerat Affricam. Non me igitur Affricana neque fratrem meum Asiatica avarum reddidit. Nam uterque nostrum magis invidia quam pecunia locuplex est. Narratur de Agathocle Sicilie rege qui dicebat quod cum auro tamquam fictilibus et fictilibus tamquam auro utendum. Cognite enim melius atque prestantius est in orbibus fictilibus quam rebus. Ferunt enim eundem regem in fictilibus vasis cenasse. Querentibus quare ita respondit: Ego sum rex Sicilie figuli filius; contemptus fortunam quam ideo revereri, quia dives repente exivi a parvigenitore meo et provigenitrice domo. Considerans etiam Fabricium ortum suum fictilibus utebatur utensilibus. Hec autem paupertatis voluntarie extitit causa, quia utilitatem rei publice intendebat non suam. Augustinus. Qui prudenter attendunt plus dolent paupertatem quam opulentiam periisse Romanam. In illa enim per paupertatem morum integritas servabatur. Per hanc scilicet opulentiam non menia urbis sed mentes hominum ipsius civitatis dira nequitia omni hoste peior corrupit. Liberales eos esse oportet ut per eos indigentes alantur a labore. Labor enim populi potius levitatem respicit rectores suos recognitione beneficiorum atque sua pena persistendo superare. Legimus quod Titus Vespesiani filius adeo liberalis fuit quod omnibus aut dabat aut promittebat. Cumque a suis familiaribus requisitus esset quare promitteret plus quam posset donare, respondit: Quia neminem decet

a facie principis tristem. Et cum quadam die nichil dedisset aut spondidisset dixisse: O amici hodiernum diem perdidi cum nichil boni hodie fecerim. Legimus de Iulio Cesare quod numquam dixit militibus suis Ite sed Venite, dicens: Quod labor cum duce participatus videtur militibus minor. Unde de eodem Iulio Cesare legitur in nugis philosophorum. Quod cum quidam veteranus miles periclitaretur coram iudicibus, vocavit in publico Cesarem ut adiuvaret eum. Cui Cesar bonum tradidit advocatum. At ille ait: O Cesar, in bello asiatico non vicarium quesivi sed pro te ipso pugnavi. Et detexit cicatrices vulnerum que ibi susceperat. Erubuitque Cesar et venit ad advocandum pro eo. Verebatur enim non tantum superbus sed ingratus videri. Unde ille Iulius Cesar ait: Qui non laborat ut militibus carus sit, milites nesciat amare. Et hec de forma nobilium dicta sufficiant.

Tractatus tertius de formis schachorum popularium

Tractatus tertius de formis et officiis popularium.

- Capitulum primum de agricultura.
- Capitulum secundum de operariis fabrorum.
- Capitulum tercium de lanificio et notariis.
- Capitulum quartum de mercatoribus et campsoribus.
- Capitulum quintum de medicis et pigmentariis.
- Capitulum sextum de tabernariis et hospicia tenentibus seu albergatoribus.
- Capitulum septimum de civitatis custodibus officialibus et pedagiariis.
- Capitulum octavum de prodigis ribaldis et lusoribus et cursoribus.

De agricultura

Popularium formas et officia persequentes incipiemus a populari in acie posito dextre regis, quem ante rochum dextrum ponimus, quia ad regis victum pertinet per hunc toti regno necessarium ad victum providere. Et hunc in nostro hoc opere vocamus agricolam. Fuit autem sic formatus.

Nam fuit in humana specie factus habens in manu dextera ligonem qua terram fodit. In sinistra habens [illegible] qua armenta et animalia dirigunt. In corrigia seu cingulo habet falcem seu sarculum quo vinee et arbores amputantur et extra superflua precidantur. Ad hec enim tria omnis agricultura reducitur.

Cultorem terre primum legimus fuisse Cain Ade primogenitum. Necesse enim fuit hominem terre culture insistere. Ut quia terra est mater omnium, quia ex ea omnis formationis sumpsimus exordium, et illam habebimus in fine vite domicilium, debuit nobis fructibus nostro labore reddere nutrimentum. Debet igitur agricola deum cognoscere, legalitate hic morte contempnere, labori insistere. Cognoscere deum eum necesse est, ut a quo bona temporalia recipit quibus vitam donat sibi substentari, cognitatur actio fiat. Decimas rerum offerat, eligat quam meliorem, nec velut Cain respuatur. Aut quia decimam partem contrahatur propter deum tribuere, sibi ingruente tempestate aut hostium incursu subito tollantur. Item per eum deo ingratus est proprie virtuti suo consilio et industria multa plura ascribit; dei disponente iudicio omnia tollunt ingrato. Dignum enim ut homo qui habundante fortuna deum non noverit vel sic saltem adversante fortuna requirat. Legimus David regem dum sibi fortuna arrisit adulterium et homicidium perpetrasse. Fugientem vero Saulem adversante sibi fortuna in virtutibus et dei amore mansisse. Legimus populum iudaicum famelicum et sitientem in deserto deum precibus invitasse. Saturatum autem a car-

nibus et satiatum ante vitulum in excelso saltasse et lusisse. Qui ergo varius deum cognoverat plenus ydola fabricavit. Legalem oportet agricolam esse ut tam dominus eius nil sibi retinuerit. Ille dominum personam gerit. Curet ergo sollicitius aliena quam sua. Nam maior et nobilium vita est in manibus laborantium. Sic enim artes sunt disposite ut nulla sibi sufficiat sed sua aliis communicando valeat. Sepe enim fit ut agricola alatur grossioribus cibis et domino suo subtiliora reportet. Refert Valerius libro sexto. Quod Anthonius orator clarissimus dum accusaretur de incestu, et dum eum ventilarent accusatores, producerent servum eius, tenerius quem cultorem ac testem induxerunt. Sed cum Anthonius iussisset ad stuprum ille portasset laternam. Et ex hoc Anthonius vehementer confunderetur ac apud se sollicitaret, pepius nomine agricola ille ultro hortatus est eum ut servidiabus torquendum traderet, affirmans nullum ex eo verbum exiturum quod eum illius posset offendere. Itaque pluribus verberibus laceratus et eculeo impositus, candentibus etiam laminibus ustus, omnem vim accusationis custodita rei salute subvertit. Parium et fortem quoque spiritum Papionis nomine inclusum. Fuit quidam Papion nomine qui Themium nomine servum habuit admirabilis fidei. Nam cum Papionem proscriptum occidendum milites venirent, Themius ipsius ut ne cognoscerentur mutavit cum eo vestem, permutavit et anulum, scilicet in cubiculum lectum quod recepit, et pro Papione occidi passus est. Sed quid plerumque homines stulti servos sinit alios, et servilem vestem fugiunt et serviles mores non fugiunt. Omnis sapiens liber est et omnis stultus servus. Omnis etiam qui debilitas et vilius fiat tamquam timiditas servitus est. Mortem timere non debet. Unde Valerius refert: Ut vitam diligere et mortem non timere precepit. Ridiculum est currere ad mortem tedio vite. Vir fortis et

sapiens non debet ebriari fugere sed cavere.
Unde Claudianus. Quicquid liquidus com-
plectitur aer. Quicquid alit tellus, quic-
quid maris equora vertunt. Quod fluvii
volvunt, quod nutrit pallidus orcus. Om-
nibus pariter cedunt animalia regnis.
Lunari subiecta globo qui septimus
annis. Ambit et eternus mortalia sepa-
rat astris. Sub tua purpurea venient
vestigia reges. Deposito luxu turba cum
paupere mixtum. Omnia mors equat.
Unde quidam versificator. Forma, genus,
mores, sapientia, res et honores. Morte ru-
unt subita sola manent merita. La-
bori ita insistunt ut inveniant ea. La-
borantem enim agricolam oportet et fruc-
tum colligere. Ita tamen labori insistunt
ut sacris requiescant diebus. Unde ad
agricolam pertinet animalia et armenta nu-
trire, et ideo virga dirigunt, ad pascua
ducunt et reducunt. Primus pastor fuit
Abel qui iustus fuit et meliora deo in
sacrificio obtulit. Sicut illum decet
te sequi non solum arte sed moribus
et virtute. Et nota quod ille non potest
esse Abel quem Cain malitia coher-
cet. Ad agricolam pertinet inserere
arbores et colere, et vineas plantare. Hec
fecit primo Noe. Nam refert Iosephus
in libro de rerum natura quod Noe inve-
nit primo vitem silvestrem id est lambru-
scam que a labro vitis sic dicta est,
que cum esset amara accepit quadru-
plex genus sanguinis, scilicet leonis, agni,
porci et simie. Et de ipsorum sanguine
admixta terra fecit fimum et ad radi-
cem cuiuslibet vitis posuit ut
amaritudine vitis depulsa dulcoratam
fructum dulcem redderet. Cumque de vino
eius bibisset Noe inebriatus est et nuda-
tus in tabernaculo. Ob hoc a filio suo
Cham scilicet minore dignitate derisus est.
Atque sobrius factus esset ignoran-
tis filiis eius iram suam ostendit
dicens. Ideo se sanguinem dictorum ani-
malium posuisse ut discerent homines
quod per vinum fieri similes leonibus
primum. Quia similes simie fatuo
statim presumptuum. Quia similes

agnus sine mente pre verecundia. Quia si-
miles sunt porcis pre luxuriam. Nam
simia quicquid videt fieri totum fa-
cere conatur et destruere. Sic multi qui
sunt ebrii contenti sunt propriis officiis.
Ebrii vero circa aliena officia se occu-
pant et cum furore recedunt de furore
nosantur. Valerius dicit quod vini
usus olim romanis feminis ignotus
fuit, ne scilicet in aliquod dedecus prola-
berentur. Ovidius. Vina parant
animos faciuntque caloribus aptos. Cura
fugit multo diluiturque mero. Tunc
veniunt risus, tunc pauper cornua
sumit. Tunc dolor et cure rugaque fron-
tis abit. Et hec de agricola et opera-
rio seu pastore dicta sufficiant.

De operibus fabrorum ----- II

Fabrum sic formatum tenemus
quem ante militem in dextera
regis situatum diximus. Et
merito, quia milites indigent habere
frena et calcaria et sellas que omnia per
fabrum explentur. Nam formatus
fuit in forma humana habens in manu
dextera malleum, dolabrum in leva et
cementarii trullam in cingulo.

Ad hunc reducuntur omnes artifices mone-
tis componentes, naucleri, lignorum ce-
sores, cementarii domos turresque
hedificantes ac muros. Primi signi-
ficantur in malleo. Secundi in dolabro
quo ligna planantur. Tertii in trul-
la qua cementum inter lateres com-
ponitur. In hiis omnibus esse debet fi-
delitas, sapientia et fortitudo. Fide-
les eos et legales necesse est esse.
Quanta enim eis committuntur non
solum metalla, verum et naviganti-

bus humana corpora. Pecunia fa-
bris committitur, corpora cementariis,
lignorum cesoribus ut in eorum hedi-
ficatis domibus a pluviis et frigori-
bus protegantur, cum corporibus
et aliis sub umbra naucleri securat.
Et ipsi fideles existant quibus tot et
tanta committuntur. Et ut dicitur.
Qui fidem perdit nil ultra perdere
potest. Non autem habet tam loquendi au-
daciam non potest. Fides est sanctissimum
pectoris bonum, nec qua nulla nulla
necessitate ad fallendum cogitur
nulloque premio corrumpitur. Ref-
fert Valerius. Quod fabius recuperatos
captivos romanorum ab hannibale
interposita numorum pactione, cum
cum a senatu non prestaretur, misso
in urbe filio fundum quem unicum
possidebat vendidit et precium pro-
tinus hannibali numeravit. Depo-
tius patrimonio quam patrie fide inops
esse voluit. Summa amentia est
in eorum fide sperare quorum per-
fidia totus deceptus sis. Et cum
fortuna stat cadit quoque fides. Hii
artifices summopere muniendi sunt uti-
les. Scire debemus quod omnia que
in terris gignuntur ad opus huma-
num creata sunt. Homines autem huius
cause creatos fuisse ut ipsi inter
se aliis aliis prodesse possint. In hac
ergo debemus nostri ducem sequi et
omnes utilitates in medium afferre.
Fundamentum enim primum iustitie
est ut ne cui noceatur. Deinde
ut communi utilitati serviatur. Natura
res agit pacis cum proximus ar-
det. Et neglecta solent incendia
sumere vires. Nichil habet fortuna
maius quam ut ledere possit. Nec na-
tura melius quam ut possit servare quam
plurimos. Sapientes eos esse o-
portet ut sibi invicem non invideant
ut nullus de alio suspitionem in-
ducant. Nam naturam hominis deus
hanc esse voluit ut duorum cupidus
appetens esset, scilicet religionis et sapientie.
Sed homines ideo falluntur quia aut

religionem susceperunt omissa sapientia
aut sine religione ut volunt sapien-
ciam alterum sine altero verum esse
non possit. Sapientis enim nichil
quod penitere possit proprium est fa-
cere, nil invite sed splendide, et con-
stanter, graviter et honeste omnia.
Si nulli invideris maior eris, qui
enim invidet est minor. Gaudia siqui-
dem est tui dolor ex alienis commodis.
Nulli ergo invidet vir bonitate pre-
ditus. Invidus hec loquitur. Est
seges fertilior alienis semper in
agris. Vicinumque pecus grandius
uber habet. Suspitione careant
ne verificetur in eis illud quod dicit
Seneca. Hoc habet omnis affectus ut
in re magna in sanit (?) in eadem putat
omnes furere. Dionisius Sicilie tira-
pnus adeo suspitiosus erat et timo-
rosus quod sciens se ab omnibus haberi
odio summotis amicis in eorum locum
ferocissimos barbaros quibus vite
sue custodiam mitteret substituit.
Et etiam tonsorem metu filias su-
as tondere docuit. Quibus etiam adul-
tis non ausus est ferrum se mittere
sed candentem gladium et nucum pu-
taminibus aptam corticem ut barba
sibi et capillos tonderent adhibuit.
Nec se securiorem exhibuit filiabus
ut patrem. Lectum quoque suum
quasi castrum lata fossa cinxit
ingressum se ligneo ponte recipie-
bat et forem quam cubiculi extrinsecus
a custodibus et clausam interiorem
diligentius obserabat. Propter
huius suspitionis materiam plato
cum vidisset dictum dionisium
Sicilie regem secretum stipatum
custodibus et publica vice dixit.
Quid tantum mali fecisti
ut tantum multis custodibus habeas
custodiri. Fortes esse debent maxi-
me qui navigationi insistunt.
Si vero timidi existerent timorem
aliis impertirent et pericula nostre
tibus inciderent, sicque fierent ut
omnibus timentibus et deserti ab alalo(?)

recessantibus desperarent. Naue enim procellosa tempestatis estu absorbet cum deficiente gubernatoris arte consilio quod perdito ceteros suo quam sibi regimini timor inuoluit. Sit igitur in eis fortitudo que est considerata periculorum susceptio. Timet ergo autem gubernatorem et confringant pericula spe time salutis ceteris quantumque promittit. Magnum enim ei est magna pericula equo animo substinere. Et hec de operibus fabrorum et aliorum artificum superstitorum cum eo dicta sufficiant.

De lanificio et notariis

Tertium popularem sedem scribimus, quem ante alphillum dextrum situatum diximus tenemus. Quia inter hos de quibus hic loquimur sepe lites et contentiones oriuntur, necesse est per alphillum tamquam iudicem teneamus et notarium ante ipsum sedentem et auctoritates scripturis pon

Hic autem sic formatur. homo est habens in manu dextra forpices. In sinistra gladium magnum et latum. In corrigia pugillarem et penarolum. Et super aurem dextram calamum ad scribendum. Horum officia sunt ista per que contractus sunt in auctoritatem scripturis ponere, iudicibus assistere, condempnationes publicare vel recitare que significat pugillaris et supra aurem positus calamus. Alii habent pannos incidere, consuere, tondere, colorare et eos texere, et barbam tondere, que omnia forpices representant. Cultellus seu gladius representat cerdones, coriarios coriorum confectores, pelliparios, macellarios seu becharios, et

aliarum cersores. Hii omnes pro eo nomine lanifices nuncupantur. Quia autem notarii aut peliparii vel coriarii circa pellem ipsam operantur, aut lanam ipsam considerant et scindunt pannos incidentes consuentes colorantes, tependentes barbam, tonsores pannorum aut carnes ipsas ut macellarii, et aliarum cersores. Ad hos pertinet artes quibus sunt dediti diligenter et fideliter exercere. In hiis precipue esse debet socialis amicicia, honestas coniuncta verborum veritatis. Notarii rei publice multum valere caveant ne sibi appropriant que sunt civitatis. Hii enim si boni sunt optimi sunt, si mali rei publice sunt pessimi. Cum enim per eos cause et questiones sub iudice assessore scribant multa in eis si veritatis et legalitatis fuit magna contra civitatem emergit utilitas. Caveant igitur sibi [illegible] ne formam contractus vincant quia illi ad emendam tenentur cum suo dolo in scripto mentiti sunt. Statuta civitatum cum quotidie prelegant atque scribant considerent si contra deum et iura ea conscripta noverint populos ac rectores alliciant ad mutandum. Jus enim non habet vinculum quod contra fidem et bonos mores sancitum est. Sed heu hodie qui plura de re publica noverunt bona agere pretermisso dei timore, infirmiores et mitissimos populares seducunt ad coniurationem, et inepta collegia attrahunt et venientes in unum seditiones et auctoritate concordia contrahunt et federa nectunt. Nullum hodie Lombardis tanti est nocivum collegium quantum notariorum in quibus inveniuntur discordia voluntatum. Utinam pace civitas gaudent ad concordiam et amiciciam se hortentur. De qua dicit Tullius de amicicia. Quod amicicia est voluntas erga aliquem bonarum rerum illius causa quem diligit cum pari voluntate que rebus omnibus est preponenda. Nichil est enim tam bene aptum naturaque conveniens ad res prosperas vel adversas quam amicicia. Tullius quanta sit ex hoc in

telligi potest. Quod ex infinita generis humani societate, quam conciliavit ipsa natura, contracta res est et adducta in angustum ut omnis amor inter duos velut paucos iungatur. Quid potest esse vita vitalis que non amici benivolentie conquiescit. Quid enim est dulcius quam habere amicum cum quo loqui audeas sicut tecum. Verum hec amicicia quia fundatur super bonum delectabile et hec est amicicia iuventutis in qua regnat calor naturalis qui est delectationis principium. Quia fundatur super bonum honestum et hec est amicicia virtuosa. Unde dicit Tullius. Amicis non tribuere quod recte possis et tribuere quod non sit equum contra officium honoris est et divine voluntatis. Huius generis que videntur esse utilia numquam amicicie ante ponenda sunt. At nec contra rem publicam nec contra iusiurandum ac fidem amici causa vir bonus faciet. Si contra facienda sunt que amici volunt non amicicie tales sed coniurationes reputande sunt. Cum illud quod utile videtur in amicicia eo quod honestum est comparatur, iaceat utilitatis species valeat et honestas. Hec igitur lex in amicicia sanciatur ut neque rogemus res turpes neque rogati faciamus. Turpis est excusatio et minime recipienda si quis contra rem publicam amicum se fecisse fateatur. Refert Valerius quod cum quidam Rutilio cuidam amico suo iniuste roganti resisteret, isque cum indignatione dixisset. Quid ergo michi opus est amicicia tua si hoc quod rogo non facis. Respondit. Immo quid michi tua si aliquid propter te inhonestum facturus sum. Quia fundatur super bonum utile que tantum durat quantum bonum seu quantum utilitas durat. Unde Varro in sententiis dicit. Quod amicicie divitum sunt palee circa grana. Vis amicum experiri calamitosus sis. Dicit Seneca de quibusdam qui Neronem impe

ratorem sequebantur. Mel musce sequuntur cadavera lupi predam sequitur ista turba non hominem. Tullius refert quod Tarquinius superbus quem nepos ex sorore nomine Brutus de Roma expulit, tunc primum intellexisse quos fidos habuisset amicos et infidos cum iam neutris gratiam referre posset. Que utilitatis causa assumpta est amicicia tam diu placebit quam diu utilis erit. Et inde amici fugiunt unde probantur. Negociatio est ista non amicicia que accedit ad comodum. Ovidius. Vulgus amicitias utilitate probat. Vix duo tres vel nimium de tot superstes amici. Cetera fortune non mea turba fuit. Donec felix eris multos numerabis amicos. Tempora si fuerint nubila solus eris. Amicicia ergo si ad fructum nostrum referimus et non ad illius comodum quem diligimus non est amicicia sed mercatura quedam proprie utilitatis. Prata arva et pecudes hoc modo diliguntur ut ex eis fructus capiuntur. Hominum autem caritas gratuita est sincere fidei. Amici precipue cognoscuntur in rebus adversis in quibus quicquid prestatur totum a constantia benivolentie proficiscitur. Felicitatis autem cultu maiori ex parte adulatorum quam caritati referuntur. Refert Petrus Alphonsus quod filius arabus [illegible] huius unicum filium quem interrogavit quot amicos habebat et quot sibi acquisiverat. Qui respondit multos. Respondit pater. Ego iam senex non acquisivi nisi unum. Et addidit non sit tibi parum fili unum amicum habere multum habere multos. Expedit enim aliquos probatos amare, non probatos probare. Et ideo filio narrando mandavit ut occiso porco et insacco posito fingeret se hominem occidisse ac singulis amicis quos sibi fecerat occulte deferret sepeliendum. Qui filius cum patris mandatum explesset et per ordinem omnes amicos requisisset omnes quod male immo iniuriose et talem rem sic quod periculosam ei manifestasset respondissent redyt ad patrem nullos quod amicos habere necessitate co

gente probavit. At pater admonuit fi-
lium ut ex sua parte requireret unum solum
quem dixerat ac se loquabatur se habere unicum
probatum amicum. Quo facto ille omnes
de propria emisit domo, silentioque facto
secretoque, cum omni nocturno tempore noti es-
sent sopitique omnes, ex humo fossum pro-
fundum fecisset, porcum pro homine non homi-
nem tamen sepeliendum suscepit, quem
detegens porcum retinuit quem ut mor-
tuum hominem susceperat tumulandum.
Sic quoque filius patris unicum extitit proba-
vit verum amicum esse. Sicque magis
fortune prospere quam adverse probavit
amicos. Refert idem alphunsus quod duo
erant mercatores unus baldachenus
et alter egiptius qui erant tanta amicicia
iuncti ut cum baldachenus esset in
egipto, egiptius vellet sibi ducere de-
sponsatam uxorem, pro qua baldachenus
nimio captus erat amore intantum
ut pro ea langueret. Finaliter a medicis
ardor et amor aperitur. Quod attendens
egiptius uxorem sibi deditam cum dotis
summa tradidit baldacheno, volens
ante uxore quam amico suo carere. Cum
autem baldachenus cum assumpta sibi
uxore ad propria remeasset, divitiis
quoque divitiis minutis esset accidit egip-
tium ad extremam paupertatem devenis-
se. Cum mendicando pervenisset ad urbem
sed baldacham, eadem nocte qua illuc ap-
plicuit eo dormiente in quodam templo ac-
cessit furtim iuxta fores illius templi.
Cum in facto mane mendicus egiptius e-
grederetur de templo tamquam homicida
capitur atque ad torturam positus homici-
dium fecisse sponte fatetur, magis eligens
suspendio mori quam ducere vitam mortis.
Factum est autem ut hora qua gratia eum
fieri debebat sua amicus supervenit
baldachenus et amicum egiptium acci-
dendum subtilius intuens recogno-
vit. Statimque in medium ante iudices
prosiliens, se reum homicidii dignum-
que morte prostratus egiptum velut
insontem absolvere conabatur. At
vero tertius qui in rei veritate homi-
cidium fecerat considerans innocentiam

duorum et divini iudicii iram timens
se prodivit in medium et facinus quod dictum
ipse fatetur. At iudex attendens duorum
amicorum constantiam, reis emerendam
penam remisit. Factum quoque est ut egip-
tius qui uxorem sibi sponsatam amo-
re amici reliquerat sibi amico duce-
dam uxorem propriam invenit. Omniumque
quoque bonorum baldachem dimidium possede-
ret atque suspendii tormentum effuge-
ret. Omni honestati continere studeant.
Cum enim pro arte iste requirentibus
eorum artificiis necesse habeant sepius cum
feminis conversari, ideo decet eos esse hone-
stos et castos ne feminas sollicitet. Ymo
abesse caveant mulieribus sollicitari refu-
giant. Tertullianus refert democri-
tum philosophum excecasse se ipsum eo quod mulie-
res sine carnis concupiscentia aspicere
non valebat. Refert valerius quod quidam
excellentis pulcritudinis adolescens
licet esset castissimus nomine spurinna quia
sua pulcritudine plurimarum feminarum
sollicitabat oculos et ex hoc viris et pa-
rentibus earum esset suspectus oris sui
decorem vulneribus confodit. Faciemque totam
lenticulis ferreis ... et deformi-
tatem fecit sue magisque aliene libidi-
nis cum pati voluit. Legimus et quandam nobi-
lem virginem eo quod oculorum suorum pulcri-
tudo regem quendam sollicitaverat
sibi oculos eruisse eosque regi eam solli-
citanti in parapside et domum misisse.
Platonem philosophum ditissimum legimus patri-
monium et patriam dimisisse et achademi-
am elegisse villam procul ab urbe et non
solum desertam sed pestilentem ut curarum
assiduitate morborum libidinis impetus
frangeret. Unde plures eius discipuli propter
hoc sibi ipsis oculos effoderunt. Refert
elinandus. Quod demostenes poetis lau-
dis nomine pulcerrime meretricis latin
do sub palpitans et quesitam hoc quesitum.
Cum illa diceret mille denariis, ille
respondit ego penitere tanti non emo.
Ovidius. Quid iuvat ex igitur plus
est quod ledit amantes. Et ... vitis
placidis abstinuisse bonum. Augustinus libro
primo de civitate dei dicit. Legimus

romani nominis marcus mantius qui
siracusam urbem nobilissimam cepit
flevit super eam prius ruituram et ante
eius effusum sanguinem prius lacrimas
effudisse. Gessit autem curam pudici-
cie in hostem conservande. Nam prius
quam oppidum invasisset invadi constituit
edicto ne quis corpus liberum violaret.
Veritatem attendant qua intentio
et finis actuum hominis invicem in bono concor-
dant et in nullo inter se dissentiunt.
Unde verissime dicitur quod veritas non habet an-
gulos. Ipsa est enim virtus qua quis om-
ni timore vel fraude seposita cum qua-
dam spe libertatis quod recte sentit
effatur. Valerius maximus dicit. Quod
cum omnes siracusani dionisii tiramp-
ni sicilie optarent interitum quedam
senectutis ultime femina sola
quotidie matutino tempore deum orabat
ut incolumis ac sibi superstes esset
ipse tirampnus. Quod audiens dyonisius
admiratus eam interrogavit. At
illa inquit. Puella cum essem et gra-
vem tirampnum haberem carere eo cu-
piebam, successit peior et illo etiam
cum carere cuperem tercium te impor-
tuniorem ceteris habemus, timens ergo
deteriorem tibi succedere caput meum
pro tua salute devoveo. Tam facie-
tam veritatis audaciam dionisius
punire erubuit. Et hec de lanifi-
cio et notariis dicta sufficiant.

De mercatoribus et campsoribus. iiij.

Alter regem popularem quartum
situatum novermus. Nam
in humana specie fuit habens
in manu dextra libram cum ponderibus. In si-
nistra fustem sive brachium mensurabile

in cingulo habet bursam cum pecunia
paratam ad respondendum postulan-
tibus. In isto representantur mer-
catores pannorum tellarum et quarumcumque
rerum. Et hoc in brachio mensurabili.
Campsores et pecuniarum commutatores
et hoc in libra vel pondere. Deposi-
torum et pecuniarum receptores et hoc in
bursa. Hi omnes debent avariciam
fugere debita cavere promissa de-
bent attendere et servare. In integrum
debent deposita commissa tueri. Ante
regem congrue situantur, quia debet
thesaurus regis esse et pro rege mili-
tibus in stipendiis respondere. Ca-
veant igitur avariciam que est
ydolorum servitus de qua dicit tullius.
Avaricia est cupiditas acquirendi
et retinendi vel ultra necessitatem
immoderatus amor habendi. Hoc enim
vicio nullum deterius est maxime in
principibus et rempublicam guber-
nantibus. Hec enim omnem hominem ad
quodvis malum impellit, maximeque
in senibus regnat. Quod autem
hoc contingit non intelligo. Quid
enim absurdius esse potest quam quo minus
restat vie plus viatici querere.
Ex proverbiis sapientum. Avarus
nisi cum moritur nichil recte faci-
at. Cui nil optatus mali nisi ut
vivat diu. Nulli avarus bonus
est et sibi malus, et inopi pessimus.
Negandi causam nunquam avaro deficit.
Refert seneca. Quod ab antigono
cinicus petebat talentum. Respon-
dit antigonus plus est quam cinicus
petere deberet. Repulsus poposcit
denarium. Respondit minus esse quam
regem dare deceret. In denario re-
gem et in cinico talentum respexit.
Cum posset denarium tamquam cinico
dare et talentum tamquam rex. Nec-
tamen exigimus est quod non honeste
regis humanitas tribuat. Ava-
ricia cupiditatis par genus omnium
est libidinum. Refert Josephus
decimo octavo libro antiquitatum
quod fuit romana paulina nomine ma-

rum dignitate preclara, studio castitatis intenta, honestatis opinione prespicua, opum magnitudine locuplex, et vultu decora, ea etate quando mulieres de pudicitia gloriantur. Et hec nupta fuit Satirnino nomine, que opibus certe et aliis bonis consimilis pauline fuit. Hanc autem amore tenebatur miles quidam emeratus nomine mundus qui eam muneribus et promissis sollicitans mulieris pectus marmoreum nequivit inflectere. Malluit enim illis tenere muneribus quam avaritia ducta pudicitiam carnis amittere. Legimus quod fuit mulier quedam solitariam vitam ducens que congregatam magnam auri quantitatem domi fossa facta abscondit. Sed post mortem eius cum hoc ad episcopi notitiam devenisset de mandato eius aurum cum sepulcrum ipsius est proiectum. At postquam hec aurum sepulta fuit tribus diebus feminam proclamare audit mario [?] sedrans [?] cum ... in incendio. Cum autem multis diebus vicinos multipliciter molestasset de episcopi mandato ad eam extumulandam ventum. Aperto quod tumulo aurum collatum in ipsius os igne sulphureo comperitur. Ut verum fit illud: Aurum sitisti aurum bibe. Corpus autem eius fetidum acceptum extumulo in sterquilinium [?] proiecerunt. Seneca in declamationibus mulierum. Fundamentum vitiorum est avaritia. Valerius maximus. Avaritia latentium indagatrix lucrorum, manifeste prede voracissima, nec habendi fructu felix est et querendi cupiditate miserrima. Hec autem omnia septemulus nomine possedit. Qui cum esset familiaris cuidam nomine ochatis, intantum eum arsit avaritia ut ad sponsionem auri quod sibi quidam spumosus nomine promiserat, non est veritus caput tanti amici sui abscidere ac per urbem pallo fixo ferre. Insuper etiam cavatam partem capitis quo ponderosius esset liquato plumbo replevit ut pondere ipsius aurum promissum acciperet. Odiosior fuit septemuli

avaritia. Sed Ptholomei regis egyptiorum risu prosequenda. Nam cum Anthonius imperator conspiceret eius magnas opes habere et corripuisset eum sordibus ac pro causa periturum videret, ideoque omni pecunia navibus imposita in altum pelagus processisset ut classe pro forti suo periret arbitrio. Et Anthonius hostis preda careret, aurum et argentum emergere non sustinuit, sed funeris sue premium domum revexit. Hic procul dubio non divitias possedit sed a divitiis possessus est. Titulo quidem Cipri rex, animo vero pecunie miserabile mancipium. Ex proverbiis sapientum. Pecunie oportet imperare non servire. Pecunia si ea uti scias ancilla est, si nescias est domina. Pecunia non satiat avarum sed irritat. Salustius. Avaritia fidem bonitatem ceterasque bonas artes subvertit. Et pro his superbiam crudelitatem, deum negligere, omnia venalia habere docuit. Caveat omnino nimia contrahere debita. Ambrosius de Thobia. Paupertas non habet crimen. Sed debere dare verecundum est. Dives es pauper es non sumas mutuum. Si dives es nullam pateris petendi necessitatem. Si pauper es cogita reddendi difficultatem. Ex proverbiis sapientum. Fraus est accipere quod non possis reddere. Seneca. Primo docendi sunt qui libenter accipiunt libenter reddere et eos quibus obligati sunt re atque non solum equare sed etiam vincere. Ita quod si beneficia collata reddenda sunt multo fortius mutua. Sed quia multi in mutuo amici quidem videntur esse in petendo sed inimici fiunt in reddendo. Ideo dixit Demas philosophus: Amicho michi roganti pecuniam mutuo, et ipsum et pecuniam perdo. Fuit quidam apud Ianuam mercator quidam et campsor Ubertus Ianuarius nomine astensis natione qui tante legalitatis extitit ut cum quidam quingentos aureos apud

eum deposuisse mendaciter assereret. Illeque nimie super hoc cartulari scriptum aliquod reperiret, nullosque mendosus depositos testes induceret, et mercator fidelissimus diceret se depositum minime recepisse, et ille clamans vociferare vellet. Ubertus mercator pro his statim vocavit eum dicens: Tace fili. Accipe quingentos aureos quos te penes me deposuisse affirmas. Statimque sibi pecuniam numeravit. Malluit enim iuste pecuniam iniuste perdere quam fame sue nomini aliquid detrahere. Cumque ille abisset et pecuniam in dampnum sue anime preptam libras exposuisset, accidit ut circa libras xl lucraretur. Qui cum morti appropinquasset libras que acceperat summam in omnibus Ubertum fidelissimum mercatorem heredem instituit, asserens se ex quingentis aureis quos fraudulenter acceperat tot et tantas lucratum esse pecunias. Sicque factum est disponente dei iudicio ut qui prius pecunie susceptor latro fuerat mercatoris fidelis fieret procurator. Sed e contra multi sunt mercatores hodie nomine quidem in servandis depositis fideles, sed cum opportunitas adderit deposita sibi commissa negare non verebantur. Unde legimus mercatorem in servandis depositis fame clare sed ubi aderat opportunitas fur erat et latro. Huius famam extraneus quidam audiens non modicum thesaurum eidem servandum reliquit. Post vero tres annos rediens homo a mercatore suum sibi repetit restitui depositum. Mercator autem sciens illum nec testes super hoc habere nec autographum aliquod depositi negans se eum cognoscere minime asserebat. Quod ille audiens ibat tristis et merens. Cui cum obviasset vetula quedam causam tante tristitie ab eo sciscitabatur. Tunc ille: Quid michi et tibi mulier? Vade in pace. At illa: obsecro quod michi causam tue tristitie narres. Forte enim tibi

consilium salubrius dare potero. Victus homo infortunium suum totum vetule dixit per ordinem. At illa sagax et prudens vetula: Habes inquit ne in hac civitate amicum aliquem tibi fidelem? Respondit homo: Habeo plures. Tunc illa: Vade inquit et dic eis quod emant scrinea quedam depicta seu cophinos pulcros et eos implentes vilibus rebus fingant intus esse gemmas preciosas et thesaurum magni valoris portantesque ad mercatorem illum dicant se velle apud illum deponere magnum thesaurum, cum audierint famam sue legalitatis per maxime eo quod habeant ad partes multum remotas. Illis vero sic cum mercatore loquentibus tu superveniens petes depositum tuum quod tali tempore apud eum deposuisti. Spero enim quod propter magnum lucrum et adstantium tuorum amicorum verecundiam sibi legalitatis sue nomen imponentium statim tibi restituet cum integritate depositum thesaurum. Cave tamen ne noverit mercator illos tuos amicos esse. O magnum mulieris consilium. Mulieri enim naturale est in dubiis prompta habere bona consilia. Abiit ergo homo et iuxta consilium mulieris faciens, amicis cum mercatore loquentibus de ficto thesauro apud eum deponendo, supervenit et ipse repetens thesaurum suum depositatum. Tunc mercator ait: bene recognosco tu es talis qui tali tempore venisti et portasti depositum, et depositum tuum optime custodivi; et factori suo dixit: Vade et cito huic da depositum suum. Sicque accipiens homo depositum suum abiit gaudens. Infidelis ergo mercator astutia defraudatus malitia vacuus remansit. Qui dat beneficia deum imitatur. Seneca. Docet plura precipue bene solvere. Interdum autem solutio est ipsa confessio. Viro sapienti notum est quanta est res quecumque tenendi et omnia secum examinabit que acceperit, ubi quando a quo, et que admo-

dum queris, et quid nobis fiat oblivio acceptorum et cupiditas accipiendorum. Et hec de mercatoribus dicta sufficiant.

De medicis et pigmentariis

Collocantur medici et pigmentarii ante reginam in hac forma. In cathedra magistrali collocatus est homo hic librum in manu dextra, vasculum pigmentarium in manu sinistra, in corrigia seu angulo habet ferramenta vulnerum et ulcerum. Et per hec intelliguntur phisici et hec in libro, per que etiam accipiuntur omnes grammatica, logica, rethorica, geometria, arismetrica, musica et astrologia.

Nam perfectus medicus phisice litterature et grammatice, propositiones, assumptiones et conclusiones dialetice, prolocutiones et affectus rethorice, dimensiones geometrie, dierum quoque certarum numerum arismetrice, armoniam pulsuum temporumque armoniam musice, et in dandis medicinis lunationes astrologie circa minutiones scire necesse est. In vasculo significantur pigmentarii et medicinarum confectores et pulverum ac speciorum aromaticarum coadunatores. In ferramentis que in angulo confert medicos cirurgicos significare dicimus. Horum omnium primi rethorica speculatores sunt, ultimi vero pratica seu operatione vacantur. Medicos phisicos studiosos et solertes oportet esse circa scientias suas. Cum ergo vita humana corporis quodammodo sit in manu medici, nisi peritiam multarum habuerit scripturarum, in statu medicine operum dederit magis occisor hominum quam egritudinum curator poterit existimari. In medicis esse debet morum maturitas, verborum facetia, corporis castitas. Ad infirmos multa sanitatis promissio, frequens visitatio. Curam cautelarum et signorum egritudinis requirendorum in libris auctorum maxime Ypocratis, Galieni et Avicenne omnimoda sollicitudo. Cum ad infirmum medici simul convenerint, non se litigatores aut disputatores exhibeant, ne videantur magis mundi famam querere, dum disputando vincere videntur, quam egri decumbentis salutem tractare. Mirum enim inter eos, cum in firmo maior incumbit necessitas sanitatis, fiat contentionis obiectio, cum tamen de corpore hominis et vita ipsi ventiletur, cum et ille sapientior se reputet qui subtiliores et plures contradictiones adducat. Et tamen in huius doctores, ubi non de vita hominis sed de rebus temporalibus ex homine causa tractetur, ille prudentior reputatur qui possit consilium dissidentibus non mediis concordare. Tollant igitur medici controversiam aliorum, ne magis apparere studeant quam curare. Ante reginam medicus collocatur, ut constitutionem corporis hec significetur. Cum enim reginarum ceterarumque feminarum egritudines medici habeant, castitatisque verecundia earum inspicere custodes esse necesse est. Monemus ergo ut exempla quorumsequuntur inspiciant ac exempla castorum virorum castitatem sectando, aliis pudicicie sint exemplum.

Reffert Valerius quod Ypocras mire fuit continentie. Nam apud Athenas scortum erat nobile, cui certe decorum, cui iuvenes et adolescentes lubrici spoponderunt talentum si Ypocratis animum ad incontinentiam potuisset inflectere. Que ad eum nocte veniens accubuit iuxta eum, nec tamen eius continentiam in aliquo labefecit.

Cumque eam iuvenes deriderent quod illius animum illecebris flectere non potuisset, precium victorie quam repeterent, respondit non de statua sed de homine pignus se eam posuisse. Vituperabat enim Plinius Statiam propter eius immobilem continentiam. Hanc idem etiam recitat idem Valerius de Xenocrate philosopho, qui cum mulieri decumbenti nocturno tempore nimium fuisset infesta, et ille firmissimo castissimo proposito remaneret immobilis, in tantum ut nec humerum ad eam verteret, illa se despectum conspiciens confusa discessit. Cornelius Scipio missus ad Hispaniam eo momento quo intravit castra, omnia que voluptatis causa erant iussit attolli. Unde et duo milia scortorum leguntur abisse de exercitu. Noverat enim vir industrius quod voluptas animos effeminat et enervat corpus voluptati subiectum. Unde in fabulis poetarum dicitur quod fontes Sirenarum ingredientes enervabant, et viri effeminati fieri dicebantur. Et hec dicta fuerint in figura voluptatis, sicut dictum fuit in libro primo de nugis philosophorum. Cirurgici vulnerum attendant que curant, sive sint prescindendi aut cirurgia cum rotundo vulneri linteolum rotundum adhibetur et longo longum. Aut per contrarium ut sit phisicis, quia calidum apponitur frigido, et gaudium tristitia et tristitia letitia curanda. Multi enim nimio gaudio perierunt et aut premimo gaudio membro usu destituti contracti sunt. Dicam igitur hic incidenter quid sit gaudium, et quo gaudio nimio aliquis mori inveniatur sit. Gaudium est difusio animi cum apprehensione convenientis seu delectabilis. Omnis enim tendunt ad gaudium, sed unde stabile magnum quod consequuntur ignorant. Sapiens numquam sine gaudio est. Gaudium autem hoc non nascitur nisi ex virtutum conscientia. Non enim interrumpitur nec desinit. Quod enim fortuna non dedit non eripit. Marcialis reffert: Gaudia non remanent sed fugitiva volant. Unde narrat Valerius libro VIIII, quod vix verisimile et credibile videtur, quod in eripiendo vitam a corpore idem facere possit amor et gaudium ad fulmen facere voluit. Nam nuntiata clade que Romanis accidit apud lacum Transimenum, mulier una, nomine putans virum suum in ea deperisse, vero ex inproviso reducto ad ipsam domum, sic portam illi obvia facta, tanto est preventa gaudio ut illius complexi statim expiraverit. Alia quoque cum falso mortis filio domi mesta sederet, ad primum conspectum redeuntis exanimata est. Sicque quas dolor non extinxit letitia consumpsit. Et minus mirum quia mulieres fuerunt. Sed ecce plus. In Scicilia Diagoras quidam nomine cum in Corsica quam nuper sibi subiecerat dis sacrificaret, receptis literis quibus a senatu certe supplicationes invitabantur in tantum illo casu legens circa caliginem ante focullum conlapsus mortuus est, quem nimio gaudio enectum putamus. Philemonem quoque copia immoderati risus vitam abstulit. Hinc gaudio legimus Ypocratem medicum remedium invenisse. Nam cum ipse diutinam moram extra patriam propter amorem sapientie contraxisset, perdebuisset ad famam et oppinionem sue sapientie apud parentes et patriam, cum domum rediret et patrie appropinquaret, nuntium de suo adventu premittens invitavit parentibus Ypocratem privatum oculorum lumine ad patriam remeare, ut letitia de reddita eos parentum oculorum privatio minutatemperaret. Putabat enim eos enectos letitia moriturios.

Legimus titum vespasiani filium cum castris
circa ierosolima audivisse vespasia
num patrem suum totius senatus voluntate
ad imperii gubernacula sublimatum. Et
propterea tanto est euectus gaudio ut subi
to membrorum corporis fortitudine destitu
tis obrigescerent membra fierentque contrac
ta. At iosephus iudeus qui iudeorum de
structionis texuit historiam / medicus
peritissimus cognoscens causam egritudinis
sue requisivit sollicite in orbe civitatis ali
quis emulus cuius nomen titus nollet
abhorreret. Causam quidem extimasse
iosepho hominem esse cuius titus nomen
tantum abhorrebat / quod nec eum in
sua curia aliquis nominare audiret eum
venire fecit. Et statuto die mensam
fertilissimam ante oculos titi parari
fecit / pincernas quoque et dapiferos omne
nes parari mandavit et dixit eis ne
ad preceptum titi eum aliquis paratum
presumeret. Sic autem omnibus ordina
tis emulum titi fecit cum omni hono
re et imperiali reverentia ante eum col
locari et sibi ab amicis et assistentibus
affectuose serviri. Attitus conspiciens
hominem inimicum suum sublimatum
ad imperiales honores / statim incepit
velut ignis accendi / mandatisque suis
suis ut hominem illum expellant. Cum
que nullus sibi mandanti obedire vel
let quin ymo illi attentius ministra
rent iterum intantum accensus est in
irum usum caruit corporis membra
prius contracta sana recepit. Attendens
autem emulum suum venisse et eo viso
curam corporis recepisset / nec inimi
cum putavit / sed sincerum amicum sibi
postmodum copulavit. Pigmenta
rii vero curam gerunt sollicite quod
sibi mandatur a medicis adimplere /
ne oblivione vel diversis causis occu
pati in medicinis vel confectionibus
uno pro alio posito vel altero post
posito homines se prebeant occasores.
Sillatam fuisse ne sophisticantes
aromatum sint potius quam pigmenta
rii iudicentur. Unguentarii debent in
gerentia suavitatis / et unctiones confici

sanitatis. Venenosa simplicibus et ipsis re
quirentibus vel suspectis nullatenus
paro quoquam tribuant / ne ducti mali
tia ad dampnum proximorum illa que
rant / siantque participes criminis hii qui
gerere debent curam salutis. Cirugi
ci quoque compatientes sint egrotis ne
facile se prebeant maiorum vulnerum
et ulcerum / ne perdita fama curam si
ne diramantur potius quam vulnerum sana
tores. Hii omnes cum omnium egrotorum
curam gerunt sui ipsius potius curam
beant ut purgatis passionibus pecca
torum se sanos moribus honestis pre
beant. Que autem sint illa boetius de
consolatione libro primo ostendit sic dicens.
Nubibus atris | Carpere callem
Condita nullum | Pelle timorem
Fundere possunt | Gaudia pelle
Sidera lumen | Spem quoque fugato
Tu quoque si vis | Nec dolor adsit
Lumine claro | Nubila mens est
Cernere verum | Vitaque frenis
Tramite recto | Hec ubi regnant.
Et hic de medicis et pigmentariis
dicta sufficiant. De taberniariis hospi
cia tenentibus et albergatoribus. vi

Sextus scaccus ante alphilem
sinistrum hanc formam accepit.
Nam homo fuit hiis manum
dextram clausam. Sinistram manum
extensam ad modum invitantis te
nens habens panem in ea et super ipsum
panem ciatum vini. In zona hiis claves

Hic representat taberniarios hospi
talarios rerumque custodes. Et hunc
alphilem tamquam ante iudicem collocan
tur. Quia inter eos sepe lites et
turbationes oriuntur per alphilem regis

iudicem hunt tractari. Horum officium est ciba
cibaria preparare euntibus. Curiales
esse debent erga advenientes. Omnia que
a superuenientibus sint salva per eos et
sub certa custodia deponant. Primum
horum representat manus leva in qua
est panis et vinum. Secundum demonstrat
manus dextra extensa ad modum invitan
tis. Tertium representat claves depen
dentes in cingulo seu corrigia. Hii fu
giant gulle vitium. Quanto enim plures
ad eos edendi bibendi quam vivi descendunt
tanto cibi et potus separatione restrin
gant. Ut ad eos venientes eorum ex nec
cessaria non superflua corpori tribuat.
Sepe enim ex crapula oriuntur rixe et con
tentiones oculorum suffusio et iniurarum
inventio atque expressio. Debet enim homo
edere et bibere ut vivat / non autem
vivere ut edat et bibat. Taurus paucas
simus repletur pascuis. Una silva suf
ficit pluribus elephantibus. Homo vero ma
ri et terra pascitur. Verum tamen magno
ventri fames non constat sed ambitio.
Unde dicit quintilianus. In magnis ce
nis hoc sepe nobis accidit / ut cum
optimis saciati simus varietas tamen
ex vilioribus nobis grata fit. Et iuve
nis. Prodiga luxuries numquam parvo
contenta paratu. Et quesitorum terra
pellago quam cibum. Ambitiosa fames
et late gloria mense. Discite quam parvo
liceat producere vitam. Unde Cato.
Indulgere gulle noli que ventris a
mica est. Venter enim et genitalia pro
pinqua sunt / sic et gulle vitium lu
xuria parit. Pessima pestis luxu
ria est ex qua sequitur hebetudo mentis
que est acuti rationis obtusio carna
lis intemperantie vitium sensibus crassis
inductum. Quid autem hoc vitio fedius?
Quid re dampnosius? quo sensus at
teritur virtute languescente sopita.
Gloria in infamiam convertitur. Atque pari
ter et corporis vires expugnantur.
Et ideo dicit basilius. Cum ventri de
servimus et gutturi pecora sumus et
belluis similes esse studemus / quibus
prona esse et terram respicere deum

trio obedire natura concessit. Boetius de
consolatione libro quarto dicit. Qui
virtute deserta hominem esse desinit
cum in divinam conditionem transire
non possit vertitur in belluam. Quot
et quanti nunc sapientie solidi quam fuisset
consilii / nisi ebrietas et vini calor con
fecisset belves. Quam periculosum est
patrem familie rectorem quam rei publi
ce mero calere quo ira accenditur
et districtio obfuscatur / ac luxuria ex
citatur in tantum ut nephandis se in
misceat actibus hominis districtione sopi
ta. Ovidius. Vina parant animos ve
neri nisi plurima sumas. O pessimum
vitium ebrietas ex qua deperit virgi
nitas / que est sororum angelorum pos
sessio omnium bonorum et eternorum secu
ritas gaudiorum. Noe mero calens
nudatur quam sibi verenda retexit.
Loth castissimus nimio vino sopi
tus ad montes fugiens carnali co
pula filias ut uxores cognovit.
Legimus mero calentes sic in suc
censos ut eum amicitia iuncti essent
in tantum ut sobrii unus pro altero
periculis se exponeret se invicem gla
diis peremisse. Herodes antipas
iohannem non decollasset baptistam
si crapule et ebrietatis convivium defe
cisset. Balthasar rex babillonie vi
ta et regno non fuisset privatus si
fuisset sobrius ea nocte qua cirus
et darius reges eum cum populo sopi
tum crapula occiderunt. Affabiles
facetique sermonis hospites esse decet ad
eos quos recipiunt. Vultus enim ala
cris blandus sermo et benigna invitatio
famosum hospitem reddunt. Unde vul
gari eloquio dicitur. Cortesia de bo
cha molto vale e poco costa. Cum va
rium pericula et discrimina sint nescien
tibus hii qui tuo sunt introducti ho
spitio per te docti dirigantur ut securi
sub umbra tui culminis vivant et disce
dentes securi per te securi transeant.
Esto eorum vite ac fame defensor ut
tue. Loth autem angelis quos homines
peregrinos putavit hospitio benignus

sine susceptus ab impetuosa sodomorum libidine duabus oblatis virginibus genitoris amore postponens fidei suscepti hospicio tamquam sub umbra sui culminis defensorem se prebuit. Salua sint omnia que tue custodie sunt tradita. Nam tamquam hospicium alienum subintrans suum facit habitaculum. Cautus ergo que defferet tue sunt commissa custodie. Sint ergo salua quasi domini proprie reliquisset. Tales ergo famulos teneas qui non ducti avaricia bona advenientium querunt. Equorum annonam seu pabulum equis oblatum non subtrahant ne equi fame lacerati assessores eorum occasione tali quandoque iminicorum incidentes pereant et sic tamen mali famuli causa fiant. In lombardie partibus apud parmam civitatem receptus est hospicio nobilis quidam cum magna hominum comitiva. Cuiusque equis prima hora noctis pabula data fuissent, famulus hospitis clam inde posita ante oculos equorum pabula portata furtive accipiebat. Cumque ad eum cui nobilis insidere solebat latro venisset manumque ad pabulum tollendum applicuisset equus ipse furis brachium dentibus brachium dentibus stringens detinuit. Cumque latro ab equo se detentum sentiret ac pre nimio dolore clamaret domicelli da nobilis una cum hospite accurrerent sed nullo ingenio dictum furem de dentibus equi extorquere potuerunt donec ad vicinorum aures huius rei negotium et fama pervenit. Sicque factum est ut delatus reus ad iudicem confesso quoque crimine per sententiam dampnatus laqueo vitam finivit. Hec ita perpetrans alius item calce equi semel est percussus in facie ut cicatrices in impressione ferri et clavorum in eo per modum apparerent. Cum quidam vadens ad sanctum Jacobum apud tholosanam urbem hospicio fuisset susceptus, hospes eius erat hospicium intrantium exarsit avaricia ut dampnum reportaturus pro lucro ciphum argenteum clam in malla suscepti hospitis collocavit, ac postmodum eum insequens tamquam furem repetit, quere testibus adhibitis curie sancte. Cumque ille se et patrem innocentes asserere, et ad scrutandum mallam fecisset processum, ciphus autem in malla filii fuisset inventus, tamquam latro peregrinus hospes dampnatur suspendio, et rebus omnibus que peregrini erant suscipientis hospiti applicatis. Cumque pater peregrini suspensi fecisset iter ceptum in honore beati Iacobi et illum rediens attingeret locum ubi filius in patibulo dependebat, ac flens quereret cur deus crimen talia suo filio permisisset. Statim filius pendens patri alacriter dixit se meritis beati Iacobi incolumen conservatum. Monuit insuper patrem ut ad iudicem properaret et miraculum conspicuum in noticiam reduceret. Cumque hoc esset impletum atque cum peregrini filius esset de patibulo depositus ventillata est suscipientis hospitis Tholosani fraus quia confessione eius per avaricia et cupiditatem rerum peregrini habendarum hospitem de latrocinio accusasset ipse in medio peregrinum pependerat et suspensus est. Et hec de tabernariis hospitalariis et albergatoribus dicta sufficiant.

De custodibus civitatis et officialibus eius et pedagiariis. vii.

In sinistra parte ante militem collocantur custodes in hac forma. Nam schacus ille formatus fuit in humana specie habens in manu dextra claues magnas et in sinistra habens unam in corrigia bursam apertam.

Per hos intelliguntur custodes civitatis per hoc in clauibus, officiales eius et per hoc in bursa sicut sunt aliqui super mensuras et pondera. Et pedagiarii et massarii seu camerarii qui representantur in bursa aperta ad recipiendum que eis debentur. Recte enim hi ante militem collocantur quia per milites custodes civitatis habent requiri et videri et etiam prosedum hec ipsa civitas custodiri. Custodes debent esse sollicitos vigilatores et relatores boni eius. Sine enim pace et sine bello imminere debent discurrere civitatem, parere que ad munimen et securitatem pertinere cognoscunt rectoribus intimare. Nulli hominum belli seu nocturno tempore aperire. Conscientia meis sic recta sit ut velum sic habeant civitati ut in culpa livore invidie seu cordis amaritudine nulli hominum imponant. Sepe enim fieri solet ut videri relatores quidam amet et hac ut in officiis laudati permaneant aliquos fraudulenter accusant. Summum enim malicie est inde velle reportare gloriam unde sine culpa alii criminis portant infamiam. Sic enim custodem te prebeas ut apud iudices et rectores innocentes non patiantur iniuriam. Sepe illum [illegible] hominis qui novit corda omnium et ponderat. Illum timeas sine cuius custodia frustra custodiendo invigilas. Timentibus enim deum beatitudo promittitur et eis omnia cooperantur in bonum. Imperator Federicus secundus apud capuam civitatem super pontem aque que circa ipsam defluit portam marmoream miro opere construxit. In qua ipse imperator sedens maiestatem pretendens sculptus est. A dextris vero et a sinistris duo iudices assessores sculpti sunt. In semicirculo capitis iudicis in dextra talis est versus. Intrent securi qui volunt vivere puri. In semicirculo capitis iudicis a sinistris hic versus est. Infidus excludi timeat vel carcere trudi. In semicirculo autem totius porte est hic versus. Cesaris imperii regni custodia fio.

In semicirculo super caput regis est hic versus. Quam miseros facio quos variare scio. Honorare vero iudicium est custodum vero timere. Reges autem penas proditoribus comminantur ut patet in sequenti. Dionisius rex sicilie habens fratrem quem intime diligebat semper quocumque presset vultu se tristem agebat. Cumque ei iam inambulanti occurrissent duo pauperes facie leta habitu que despecti, ille statim de curru prosiliens eos cum omni honore et reverencia suscepit. At ex hac barones non solum mirati sunt sed etiam conturbati. Causam tamen in visitatam negare timore retracti minime quesierunt. Per fratrem tamen regis cognoverunt certitudinem cause. Cumque dionisius rex a fratre suo audisset se fore beatum maxime quia tot diviciis et honoribus et delectationibus esset refertus, rex fratri suo requisivit si beatitudinem suam experiri vellet. Quo respondente desiderio requiro, rex mandavit omnibus sibi subditis ut fratri suo in omnibus obedirent. Et cum refectionis hora venisset et mensa epulis esset referta, ac in mensa regis frater sederet nobilissimosque pincernas conspiceret sonosque musicos cum suavi delectatione audiret, rex fratrem cepit querere utrum beatum se reputaret. Respondit experior. Rex dionisius clam limatum gladium fecit portari cumque equina seta super caput fratris discumbentis fecit appendi. Cumque regis frater nec manum ad mensam porrigeret nec oculos ad [illegible] converteret, rex dixit. Cur frater non comedis cum beatum te dicas et sentias? Respondit ille. Me beatum non sentio cum gladium tremulentum super caput meum conspicio. Tunc rex aperuit vultu tristi quociens se converteret eo quod gladium acutum diei ultionis in corde suo semper conspiceret. Nec mirum habebat leticie ubi tantus sibi continue timor inesset. Pauperes ergo letos facie ideirco honorasset quod

ex eos serena et leta conscientia confortaret.
Satis hic rex ostendit non fore beatum
hominem cui timor in esset. Unde
Quintilianus. Exaudito omnem calamitatem
diebus ac noctibus time. Se
nera quia timetur a multis multos ti
meat. Et enim minus est securus quam
suis dominus qui suos timet. Tutissima
vero res est nil timere propter deum.
Timor sollicitum reddit utque sue
custodie committuntur non pereant.
Et nimium timidum immitum quam securum
esse non decet. Officiales tamen
districti sint ne ultra quam eis exposto
stulat extorqueant ab ementibus seu
vendentibus personam cum eorum gerat
ideo eorum omnibus se exhibeant homines.
Et quia inter emptores et venditores pro
cax lingua se miscet ideo sit in eis
diuturna patientia. Equo etiam animo ho
nesta amatur contempnendus est ipse con
temptor. Contempne ergo et eruditorum
contemptus simus ad summa progredi.
Iniuria enim iniuste irrogata est eius i
sima qui faciat. Socratem quidam per
cax intuens cecidit. Cuius corruptoris pue
rorum. Cumque discipuli irruentes eum
vellent punire illatum magistro qui
cum hac sententia repressit illos di
cens. Quiescite sodales quiescite et
cum sum quod dicit sed me reprimendo
contineo. Quodam tempore cum idem Socra
tes infinita convitia ex superiori loco a
Zantippe uxore sua audisset ac eidem
restitisset aqua perfusus et inmunda nil
ei amplius respondit quam capite terso.
Sciebam inquit futurum ut istud to
nitrua imber sequeretur. Cede ergo
pugnanti quia cedendo victor eris.
Unde. Cato. cum recte vivas ne cures
verba malorum. Arbitrii nostri non est
quid quisque loquatur. Et prosper.
Utque bellaboris utque discrimina
desunt. Pedagiarii nulla pedagia
extorqueant nisi eaque imperator
aut legis conditor instituit ne vide
antur potius raptores quam exactores
pecunie. Ad dubios viarum transitus
muniendos quia eis ex officio incumbit.

Et a quibus debent exigere sine iniuria
et contumelia postulent. Non affectet
tantum utilitate rei publice ut inferet
dampnum communitate. Ut ubi qui predari
nam ipse predabitur. Thesaurarii
seu camerarii civitatum omnem lega
litatem habeant ne propter quod sibi
debetur rei publice detrahant. Ne qui
debent esse custodes fiant fures. Nam
nulli cum rapina feliciter cessit grandium
raptis durant in posterum.
Et hec de custodibus civitatum officia
libus eorum et pedagiariis dicta sufficiant.

De prodigis ribaldis. lusoribus.
et cursoribus. . . . . Ca

Ribaldos lusores ante sinistrum ro
chum dictum situatos. Ad victum
cum regis qui rochus est pertinet pertinet
hec homines aptos ad custodias et alia regis con
traria exploranda et cursores qui nuntios po
tent literas et regum mandata. Sic autem
est formatus schachus eos representans.
Nam homo fuit hic capillos hispidos
et incultos hic in manu dextra pecuniam
modicam. In sinistra vero tres taxillos
Et in corda quam habet pro cingulo.
pissidem literis plenam.

In primo representantur prodigi et dilapi
datores rerum suarum. In secundo representan
tur lusores et meretricatores. In tercio
cursores et literarum portitores. Prodigis
et dillapidatoribus debent distributores
ne bonis suis dissipatis furari cogantur.
Qui enim habundare consuevit pecunia
cum ad mendicitatem venerit aut
eum mendicare aut furari necesse est.
Tales enim aut delicati sunt et laborare
non possunt aut nobiles sunt et me
dicare erubescunt. Sicque fit ut qui

dillapidaverunt propria accipiant alie
na. Magnum vitium est prodigalitas quod
et si quam utilitate aliis ad tempus pa
riat finaliter tamen proximis fit damp
nosa. Hos Cassiodorus admonet sua ser
vare ne necessitate suborta aliena
mendicare aut furari cogantur. Ma
ior est inquit conservandis quam in invenien
dis adhibenda cautella. Claudianus
maiori volumine dicit. Potius est servare
quesitum quam quesisse novum. Et ideo
proverbialiter dicitur qui non cavet ex
pensam ante mendicat quam sentiat.
Cum quidam nomine Johannes cavaga di
tissimus esset nec haberet nisi duas fili
as illas nuptui tradidit duobus nobili
bus civitatis. Quas cum illi transduxis
sent in tantum pater earum generos dile
xit ut mutuum et argenti et bona temporalia
succedente tempore eis partitus sit. Cumque
donanti denarios generi et mariti filiarum
patri earum essent nimium curiales et be
nefici ventum est tempus quo distribu
tionis Johannes cavaga nil haberet.
Sicque factum est ut qui donanti devo
tos videbantur grati superveniente in
edia viderentur ingrati. Cum autem pa
ter earum prudens esset indigentie sue vo
lens succurrere mercatorem sibi notum ab
antiquo adiit et decem milia librarum pre
stari sibi ad trium dierum terminum expo
stulat. Cumque pecuniam mutuo acceptam
ad domum propriam deportasset in quodam
nobili et solempni festo generos et filiabus
nobile parauit convivium. Postque in cubiculo
clam inclusus de scrinio novum fabricato
cum tribus firmis clavaturis obfirmato
pecuniam sibi mutuatam traxit et de spa
ciis super tapeta strata fudit ut filie
ex cubiculum posite per rimas hostii pe
cuniam possent conspicere. Quo facto ite
rum pecunia ipsa collecta in scrinio recon
dere simulans ad mercatorem eam post
modum integre reportavit. Die vero
altera generi et filie patrem interrogant
quanta esset pecunia in scrinio sic ob
structo deposita. Cum ille fingeret vi
ginti quinque milia esse librarum quas in
deposito posuerit ut ex eis testamentum

faceret et relinqueret generis et filiabus
suam secundum modum que cum eo cum fi
lias nuptui tradiderunt se habent. Illi ex
audito in immensum gavisi quicquid honoris
esset tam in vestibus quam in cibis usque ad
finem vite conabantur patri facere. Ap
propinquante in fine vite vocatis ge
neris et filiabus sic eis alloquitur. Ante
quam moriar non intendo aliud facere te
stamentum nisi quod in scrinio obfirma
te reliqui. Statim ergo cum me dum
adhuc vivo fratribus predicatoribus cen
tum. fratribus minoribus centum. heremita
nis quinquaginta libras consignare cu
retis. A quibus cum sepultus fuero cla
ves scrinii et mei depositi quod in suo ha
bent deposito repetatis. In qualibet aut
clavi scriptum meum apposui in testimonium
premissorum. Unicuique autem eorum autem re
cluso certam pecunie quantitatem dum
lecto recumberet donari fecit per maritos
filiarum suarum. Quod fecerunt libenter spe
testamenti quod in proximo expectabat.
Cumque ille diem clausisset extremum cele
brate quam fuissent funeris exequie septimo
etiam dies obitus cum solempnitate fuis
set expletus cum solempnitate magna
claves apud supra dictos religiosos de
positas petierunt. Quibus acceptis scri
nium in quo depositam putabant pe
cuniam aperientes solempniter in illa
ud invenerunt meo nisi clavam enormiter
grossam et magnam. In cuius manubrio
vulgariter scriptum erat. Questo he
el testamento de zan cavaga. Chi se
paltrui lassa a magito sia de questa ma
ça. Quod sic reducitur in latino. Ego
Johannes cavaga tale meum condo et or
dino testamentum. Ut quilibet mac
tetur hac clava qui se ipso neglecto
alterius gerit curam. Stolidissimi
opus est propria prodige expendere
et aliena post modum appetendo spec
tare. Sive filius sive filia ante ma
num tuam dispensandam respiciat
quam tu dispensandam respicias alienam.
Nec bonum eius existimes qui multa ex
pendit et pauca possidet. Talem ex
timo novitates appetere. Divina multa

bella intestina libenter movere. At quia
hijs qui habundant libris ceterisque
rebus quibus terrenos homines felices pu
tamus cunctas novitates amorum muta
tiones perturbationes cuncta displicent
suis sunt contenti non alienis cupidi.
Prodigum autem nec bonum civem nec uti
lem rei publice extimamus. Post hos
lusores scortorum turpitudines insequen
tes omnino peiores dicimus. Quorum lu
di taxillorum calor vanitatis que cupido vel
libido ad pauperiem trahit. Latrones et
predones fieri necesse est. Post hec omnis
infidelitas proditionis textura ebrie
tas que cuncta non optinentes tam victo
riam quam predam multa calumniis
dampna inferunt et parva lucra re
portant. Beatus bernardus equo re
sidens obviavit cuidam lusori. Cui
lusor dixit. Vellem vir dei ludere tecum
contra pro equo tuo. Cui insidens si
placet bernardus annuit. Si autem tuam
michi obligas ego ipse de equo descen
do tibique si plura me punctis tribus taxil
lis traiectoris sponte equum meum tibi
erogare promitto. Quo ille gau
dens acceptis tribus taxillis decem et
octo puncta traiecit. Statimque lusor
certus credens esse de lucro frenum equi
apprehendens suum equum esse dixerit.
Cui bernardus. Expecta fili quia
plura sunt hijs que vides puncta in
ipsis taxillis. Prohiciensque eos sua
vice tertius taxillus est scissus per
medium in superma parte representans
unum. Sicque factum est ut alijs
duobus representantibus duodecim
et in tertio taxillo septem puncta
decem et novem se proiecisse iactavit
bernardus. Quod miraculum lusor
cum advertisset animam suam sub ipsius
obligatione dedit bernardo. Factusque
monachus laudabiliter vitam finivit.
Cursores et literarum portitores iter ac
ceptum expediant ne moram contrahen
tes mittentibus eos vel eis ad quos mit
tuntur ipsa mora in dampnum cedat.
Expedit ut cursor expeditus modi
ca hora alius preveniat qui quidem
is qui prevenire debuit postmodum ca
sum lucri copia aut accipiat coronam
victorie aut interveniente pe
cunia lucrum et mercatum perdatur.
Studeant ergo cursores cum eos
reges vel cives mittunt non semina
ne cibo gravare nec sero mero re
plere ne debilitatis nervis lapa
ti subsistant. Cum autem transeundo
ad civitates quaslibet pervenerit
non curiosi sint eas inspicere aut ex
plorent eas nisi forte super hoc man
datum habeant speciale. Nam ille stul
tus viator est qui pro amenitate prospi
ciens obliviscitur quo tendere debuit.

Expeditis igitur hijs que ad for
mas schachorum et eorum officia per
tinent tam nobilium quam popularium
de progressu eorum breviter videamus.

Incipit tractatus quartus trac
tatus de progressu et motu schachorum

Tractatus quartus tractatus
de progressu et motu scha
chorum.

Capitulum primum de schacherio in genere.
Capitulum secundum de progressu regis.
Capitulum tertium de progressu regine.
Capitulum quartum de progressu alphilorum
Capitulum quintum de progressu militum
Capitulum sextum de progressu rochorum.
Capitulum septimum de progressu popularium
Capitulum octavum de epilloga
tione premissorum.

De schacherio in genere I.

De schacherio loquturi sciendum
est. Quod ipsum schacherium
representat civitatem ba
billoniam in qua hic ludus inventus
est ut dictum est supra primo capitulo.
Circa quod videnda sunt quatuor.
Primum quare sunt ibi sexaginta
quatuor quadrata puncta. Secundum
quare circumquaque labia ipsius tabu
lerii sunt alta. Tertium quare po
pulares situati sunt ante nobiles
ut patet cum tabulerium est plenum.
Quartum quare tabulerio ple
no tantum est de vacuo quantum
de pleno. Circa primum est sciendum
quod secundum dictum beati Jeronimi civitas
babillonia fuit amplissima et fuit
quadrata. Quodlibet autem quadrum
habuit sedecim milia passuum in
suo et mensura que sedecim in qua
tuor ducta crescunt in sexaginta
quatuor miliaria more lombardi
co sed longum more gallico. Ad repre
sentandum autem hanc mensuram
philosophus inventor huius libri tabule
rium constituit continens sexagin
taquatuor quadrata puncta que
et in compensa sint talem intra que
extra circa labium utrobique sunt
triginta duo. Hoc autem factum est
ad ludi decorem et motum seu progre
ssum schachorum ostendendum ut pa
tet in sequentibus. Circa secundum sciendum
est quod labia tabulerii representant
muros ipsius civitatis. Et quia fuit
altissimus ideo in altum labium
statuit. Jeronimus vero dicit super
librum ysaie prophete. Omnis super
montem caliginosum quod hic dictum
est de babillonia que sita fuit in
caldea non autem de illa que sita est
in egipto. Illa autem que sita erat
in caldea licet sita esset in naxia

planicie. Erat tamen in altitudine murorum
scalata quod pre nimia altitudine calligine
continua tegebatur, in tantum quod pre
calligine humanus visus ad murorum ter-
minum altitudinis [illegible] exten-
debat. Et ideo mons calliginis siue
abyssus dicitur. Altitudo namque murorum
eius vt dicit Ieronimus erat mensura
in passuum tria milia que faciunt tria
miliaria lombardica. In angulo autem
ciuitatis ipsius erat turris triangulata
cuius cacumen extendebatur ad mensuram
passuum septem milium. Hec turris vocata
est babel. Murus vero istius turrim con-
struxit Semiramis femina vt Virgilius
dicit. Circa tertium sciendum est quod
populares statuunt ante nobiles iuxta
campum in primo quadro. Primo quia
populares quodammodo sunt corona
nobilium. Nam dexter rochus qui est
regis vicarius quid facere posset in
stante ipsius situatus esset agricolla
cui cura est spalia ad victum ministrare?
Quid miles faceret nisi ante se fabrum
haberet qui frena calcaria et sellas pa-
raret? Quid valet sine equo miles
ad hec que ad ornatum militis pertinet?
Certe nichil. Quantum enim popu-
laris et forte minus posset valere.
Quantum enim sine vestibus nobiles
viueret si deesset qui pannos et mer-
ces venderet? Quid reges aut regine
velocter facerent sine medicis? Glo-
ria ergo nobilium de vita populares
sunt. Ne ergo tumides aut nobiles
populares despiciant ante nobiles popu-
lares in hoc ludo situatos nouerles.
Secundum est quia populares ante quam bellare
incipiunt ante quadra vacua situant
vt ex hoc discant suis officiis et artibus
intendere. Consilia vero et ciuitatis
regimen ac bellorum ordinem nobiles
permittant tractare. Qualiter autem
sciet consulere popularis qui numquam
studuit circa consilia? Quale dabit con-
silium qui ad huc ignorat modum
rei super qua consilium est habendum.
Vacent ergo et attendant officiis
et ministeriis quibus sunt apti, nec adeo
interesse consiliis aut ad inuentiones
horum communitatum non nemant.
Quia per violentiam subuertuntur con-
silia et displicentibus sapientibus multa
te[illegible] trahuntur ad yma. Platho dixit:
Tunc beatas fore res publicas cum
eas aut sapientes regerent aut earum
rectores sapientie studerent. Preterea
popularis discat loqui quod in contione
peroraie velit. Sepe enim fit vt ipsi
plus velit esse quam sit minus fiat quam
est. Circa quartum est sciendum quod
tabulario extenso tantum est de va-
cuo quam de pleno, quod ideo est quia qui
cumque gentem accipat ad regendum
conari debent vt ciuitates et castra
et possessiones occupant que sufficiant
genti ad habitandum et excollendum.
Regis autem sine regno nomen est
vacuum et inane. Nobilitas sine mo-
ribus et sine rebus fatuitas est po-
tius censenda. Verecundia pau-
pertas que ad huc est grauior quo e-
brigmis nobilitate quisque sublimi-
or. Pauperem popularem nemo ob-
iurgat in [illegible]. Nobilem enim pau-
perem nisi mores eum venustent
vniusquisque fastidit. Sine rerum
habundantia regna sunt latrocinia.
Sine potentia originis nobilitas
est vanitas et despectus. Et licet
schachcerum ciuitatem quam diximus
prefigurat totum regnum et ipsum
vtique mundum significat. Si ab
vno quadro incipientes vnum num-
erumque [illegible] ad secundum quadrum
palatium vsque ad sexagessimumquar-
tum quadrum duplicando per duarum
non solum mundum ipsum cumulatos
super excresit, sed si plures mundos
natura pateretur excresit. Et
hec de schachcerio in genere dicta sufi-
ciant. De motu et progressu re-
gis et natura eius - - - - - ij

Hic regno mundi rex ipse domi-
nando presidet. Et ipius
motionis seu progressionis
hec est natura. Cum enim reside-
at in quarto quadro, cum sit ipse in
nigro sit ad dextris in albo
militem. Alphillon nigro
et rochum in nigro. In sini-
stra vero hij tres tenent
opposita cuius ratio esse potest.

Quia cum gloria coro-
na regis sint milites
eum consequuntur in sua simili reside-
ntia quam statuit dum dextre regis et si-
nistre regine sedi simili sotiant. Cum
vero vicarius regis sit rochus dexter regi-
nam in se de simili sotiatur. Cum
dexter alphillus simili modo facit. Sini-
ster vero rochus et alphillus reginam in
sede simili sotiant vt hinc inde sibi ip-
sis oppositis regnum quod in rege et re-
gina lucet ipsis in locis et sedibus ad
modum corone subancti sciunt obser-
uent. Cum enim index, miles et
vicarius regine regem preminuunt
appositi vero in regis dextera reginam
custodiunt totum regnum firmant
et conuenientibus in se [illegible] quid ad con-
silium pertinet robur acquirunt et re-
gni negotia secure disponunt. Si
autem vnusquisque propria atten-
deret, neque regi vel regno debe-
tur defenderet vel curaret, cito fie-
ret regni diuisio, et per consequens et
per consequens regnum nomen perde-
ret regni et regie dignitatis. Quia
vero rex super omnes optinet dignitate
et dominium ratione dignitatis non de-
cet eum multo spatio a regni solio ab-
sentari. Et ideo cum moueri incipit
de suo quadro albo naturam sequitur
rochorum a dextris et a sinistris. Statim
quod a sinistris non potest se ponere in lo-
co nigro vbi rochum situatum in albo.
Et potest se ponere in loco albo iuxta
dictum rochum ad angularem qua-
drum vbi sunt situati ciuitatis cu-
stodes, et ibi habet naturam militis
in illi progressu. Istos autem duos
progressus sortitur vice regine. Quia
cum regina et rex per matrimonium
vnati vno sint, ideo rex a sinistris de
loco proprio perambulat ac si ipse
in quadro regine quod est nigrum
collocatus esset. Perambulat autem et re-
ctum ad modum rochi ad quadrum
album dum tamen quod rochus non sit
aduersarium cooperatus in aliquo spa-
cio secunde linee. Si enim ibi esset la-
dis coopertus in secunda linea tunc rex
niger ad tertiam lineam non potest tran-
sire. Sic ergo rex sortitur naturam
rochorum a dextris et a sinistris ad lo-
cum militum et in rectum ad spatium
album ante mercatorem. Rex etiam
sortitur naturam militum a dextris
quantum ad duos progressus. Quia
de loco suo potest se ponere in loco fa-
bri in nigro, et ad spatium secundum qua-
drum nigrum sed vacuum ante lanifi-
cem seu notarium. A sinistris etiam
duos habet progressus militares, quia
ante medicum potest se ponere in spa-
tio vario, et quadro nigro vbi situa-
tur tabernarius. Sic ergo quantum
ad quatuor quadrata rex militum
naturam in progressum sortitur. Al-
phillorum vero naturam sortitur quantum
ad duos progressus quia a dextris
se potest ponere in albo quadro et vario
istos autem progressus habet dum est
situatus in loco proprio habens eos
in virtute antequam moueri incipiat.
Postquam autem moueri inceperit
non potest transire nisi ad vnum gra-
dum tamen et tunc naturam popularium
in progressu sortitur. Merito ergo
hanc naturam omnium rex rex habuit.
Quia cum omnis virtus que est in
membris sit a capite, et motus totius
corporis principium etiam vite sit a
corde sic et omnes subiecti regie digni-
tati quicquid habent agere debent co-
gnoscere se a rege habere. Et quod
alij habent per executionem et continuam
apparentiam ex motu et progressu
eorum rex continet in virtute. Mi-
litum enim victoria. Iudicum pru-
dentia. Vicariorum seu legatorum
auctoritas. Regine continentia. Po-
pularium concordia non ne omnia
honori regis et glorie ascribuntur.
In progressu autem suo cum moueri debet

primo lineam tertiam ante popularium statum non excedit. Ternario autem numero schacus moveri incipit quia ternarius numerus continet partes que constituunt primum perfectum numerum qui est senarius. Nam senarius habet unum duo tria que simul iuncta in senarium surgunt qui est primus numerus perfectus. Et surgit in hoc loco sex personas notatas que regni perfectionem constituunt, scilicet regem, reginam, iudices, milites, vicarios, et populares. A tribus igitur numeris in suo primo motu rex incipere debuit ut perfectionem virtutum in se et in aliis habere ostenderet. Postquam autem rex se movere incipit ducit post se secum reginam secundum modum qui dicitur in capitulo de progressione regine. Nam regina sequitur regem ad duo loca angularia nigri ad modum alphilli et ad locum indirectum ad modum rochi in quadro nigro ante medicum. In hoc significatur quod mulier regno post vocare atque promittere aliqua homagia sine voluntate uxorum. Et si homagium aliquod mulier promisit viro suo vincere contradicente non potest reddere. Quando vir ad aliquem locum ire voluerit sine ea potest; et non si eam vir secum ducere voluerit. Cum uxor sequi tenetur. Cuius ratio est quia vir est caput mulieris, viri autem mulier caput non est. Cum vero quantum ad ea que matrimonii sunt pares sint, quia mulier sui corporis potestatem non habet nec etiam vir, et si contingat virum velle proficisci ad loca longinqua mulier de iure potest propter matrimoniale debitum requirere si velle ad dicta loca conducta, et ille tenetur ei tali voluntate parere. Et ideo cum rex moveri incipit regina moveri potest; non autem cum ipsa movetur semper ipsum moveri necesse est. Quando quatuor prime linee quadratorum sunt in finibus regni spatium, ad tres primas rex in proprio loco situatus potest accedere. Cum vero illam tertiam progredi ceperit non nisi in uno quadro puncto potest pervenire. Nam cum

est in fine regni secure recreditur sed sibi conceditur ad spatia infra confinia posse progredi. Cum autem ad bellum ultra regni sui confinia exierit uno quadro progredi sit contentus. Persona enim regis promittere aliis comparatur. Et ideo cum bellicas partes secreponit cum temperate et caute progredi necesse est. Nam capto rege vel mortuo vel incluso vires omnium bellantium deficiunt. Et ideo ipsum cautum in progressu belli esse necesse est. Licet autem secure procedat ut unum quadrum punctum preter primum motum exercere non posse nulla lege tamen stringitur quin ad omnem partem sive in directo procedendo sive indirecte sive in retro cedendo sive a dextris sive a sinistris sive in angulis tam albis quam nigris procedat; numquam tamen potest se ponere immediate in bello iuxta regem adversarium, sed in tertio semper quadro oportet unum ab adversario regem distare in quem progressum ideo suetum ordinem. Quia licet omnibus aliis lex sit posita incertis locis et terminis procedendi, regem tamen dominum atque legem congruum fuit esse immune. Et quia reges in bello numquam sibi ipsis appropinquare possunt, ideo ipsis capitulatis nulla ipsis regibus potest patere victoria. Quo enim regno rex possit congaudere, si nullos sibi subiectos superstites habet. De nobilitate regia gloriari absque subiectorum multitudine vanum est atque ridiculum. Contingit autem regi in hoc ludo vincendum frequenter per adversarios tam nobiles quam populares schachos. Et hoc non fit nisi ceterorum suorum aut fortitudine aut sapientia minuatur. Et ideo sit quia cum regis regimen aut nimium iustum aut durum est sepe subiecti bellare desistunt ut sic per adversarios rex amittat dominium. Sepe enim cum necessitas imminet prelii populus et milites a principe suo separatas iniurias ad mentem reducunt,

et sic cum vindicare intra urbem eas non possint occasione prelii extra ad bellandum parati visis hostibus terga vertunt, ut principe solo relicto confusionem patiatur qui dum magni regebat. Cum vero per militem velatum schachum in talilocodi schachomato tunc rex vincitur suum perdit. Fatuus est enim rex qui ad tantum devenit ut perdat cum eum de legitima hereditas pertinebat. Quod enim negotia regni poterit peragere si pretermittitur eo qui totius regni erat provisor. Sacellum vero portat in capite quia cum capitulis includitur cautum. Et hec de progressu regis et natura eius dicta sufficiunt.

De motu et progressu regine. ...

Progreditur autem regina de loco proprio associata regi qui moveri incipit duplicanatura. Natura videlicet alphillorum cum sit nigri a dextris ad locum nigrum quadratum ante laniferum seu notarium. Ad sinistrum vero ad locum nigrum quadratum ante custodes. Naturam vero rochorum ad tres partes sortitur. Primo a dextris ad locum nigrum ubi collocatur alphillus dexter. Secundo a sinistris ubi collocatur miles sinister. Tertio in directum ad locum nigrum quadratum ante medicum. Cuius causa est quia auctoritatis vicariorum qui sunt rochi in regina est per gratiam. Unde ipsa potest multa subiectis concedere gratiose. Alphillorum vero sapientia cum sint iudices in regina debet esse ut patet in capitulo de forma regine. Militum vero naturam in progressu non tenet quia mulier propter fragilitatem bellis interesse non est. Postquam autem mota fuerit de primo quadro nigro ubi primo fuit locata non potest procedere nisi de quadro in quadrum unum et hoc angulariter sive procedat sive retro cedat,

sive capiat sive capiatur. Et dicitur autem regina bellis exponatur cum condictio mulierum debilis sit et fragilis nisi forte dicere vellemus quod more earum mulierum sequitur ubi viri ad bella procedentes mulieres et uxores cum tota familia ad castra deducunt. Tartari enim hoc faciunt. Et licet utantur arcu magis post hos ut impedire corporis virtute prestinente. In solatium tamen regis factum est et ad amoris ostensionem promissum ut regina regem ad bellum sequatur. Quia dignumque cura est populo et sollicitudo de regis successore. Et ideo non solum in civitate verum etiam ad castra reges uxores adducere voluerunt, ut filios posteros regnum in ipsos maneret. Qualem vero sedem habet ipsa regina iuxta sinistrum regis in regno talem continuat in bello. Quia ubique nigri est ubi castitati et verecundia esse debet. Et quia mulieres non debent nimis discurrere et ideo extra tertiam lineam in progressu non nisi in uno quadro discurrit. Licet enim mulieres sint secure infra terminos associate per suos, extra terminos regionis proprie suspecte debent procedere et omnes viros suspectos debent habere. Nam Dina Iacob filia virginitatem servavit dum in domo fratrum suorum quievit; sed statim cum curiose ad videndum alias regiones exivit a filio Sichem corrupta fuit. Seneca dicit quod mulieres que virginum famem habent se pe impudice sunt. Non enim illas decestavit sed corruptor. Pollinus dicit propter mulieres pauca animalia coitum novere gramineli. Virginitatem ad omnes viros aspectum habere debent ne ab aliquo sollicitari de incontinentia diffamentur. Ovidius. Quantique negant gaudent tamen esse rogate. Laudunt formose casta est quam nemo rogavit. Sed

phicum. Nobilior vernis o femina viris. Juvenalis. Cognoscat mulier quod toto fiat in orbe. Prima videt famam rumoresque illa recentes. Excepit quod portum. Fugiat ergo mulieris curiositatem et varium discursum si conservare cupiunt castitatem.

De motu et progressu alphillorum. iiij.

Alphillorum autem progressus talis est. Nam in sede propria alphillus qui est niger ad dexteram regis collocatur. Qui vero est albus ad sinistram regis situatur. Et dicuntur albi et nigri non ex colore substantie sed ex loci situatione. Sive ergo albi sive nigri sint si in locis propriis situati sunt possunt ad duo loca perambulare. Dexter enim niger est versus dexteram se spacio nigro et vacuo ante agricolam collocavit. Et congruum fuit ut iudex possessiones et laboracia sua iura sibi credita defenderet. Idem vero ipse versus sinistram pergens ad spatium nigrum et vacuum ante medicum perambulat. Quod satis congruum fuit quia ratione scientie medici et iudices sunt affines licet officio differunt. Sicut enim medici habent curare corpora et ad sanitatem reducere sic iudices habent causas contentiones sanare et reducere ad concordie unitatem. Sinister vero qui albus est habet duos ex proprio loco progressus unum versus dexteram ad spatium album et vacuum ante mercatorem. Et hoc quia mercatores indigent sepe consiliis et lites eorum indigent per iudices terminari. Alium progressum versus sinistram ad spatium album et vacuum ante ribaldos et lusores. Et quia per tales rixas et iurgia furta committuntur per iudices habent puniri. Est tamen sciendum quod alphilles semper procedunt ex tercio quadro in tercium semper servando proprium situm in forma ut si est niger semper in nigro et si est albus semper in albo. Et hoc procedendo semper in angulo. Angularis enim processus significat cautellam quam in suis processibus semper debent habere. Tria vero quadra representant tria que iudices debent attendere. Quia in suis causis debent favere. Recta consiliadare. Sine acceptione personarum secundum allegata et probata sinaliter diffinire. Unde et iudex sicut alphillus semper aut albus aut niger est. Est autem sciendum quod alphillus dexter qui est niger recedit a proprio quadro ubi iuxta regem residet versus dexteram procedendo et ulterius versus sinistram declinando. Deinde ad dexteram redeundo versus sinistram in suis stationibus et processibus totum tabulerium circulariter perlustrat. Et tunc in loco ubi primo situatus fuit se invenit collocatum. Eodem modo qui est albus procedit quod patet inspicienti. Cuius significatio accipitur. Quia licet omnis perfectio debeat esse in regno summe debet esse in illis qui regis regimine habent consulere. Nulla enim ardua et dubia debet rex attendere nisi iudicum et sapientium suorum consilium intervenerit. Et ideo perfectos necesse est eos esse tam scientia quam moribus. Et hoc representat motus ille quem ex ternario in ternarium gradum procedendo tenent. In senario enim numero qui primus est perfectus motum perficit circularem. Qui motus perfectus est eo quod finem coniungit principio. Et hec de progressu alphillorum dicta sufficiant.

De motu et progressu militum. v.

Nunc autem ad militum accedentes progressum dicamus quod milites sive sit dexter sive sit sinister aut dexter est albus et sinister est niger. Motus autem eorum talis est quia quilibet eorum talem naturam habet ut albus progrediatur ad nigrum quadrum quod declinat in alphilli quadrum sicut patet de milite dextro qui est albus. Et hic tres progressus in loco proprio situatus habet. Unum versus dextram in loco ubi situatur ante agricolam. Secundum processum tenet movendo se extendendo ante lanificem in nigro et vacuo. Et congrue quia illum debet protegere qui vestes et alia necessaria corporis tegimenta operatur et facit. Tertium vero progressum habet versus sinistram in loco ubi situatur mercator ante reginam qui dum est niger et congrue quia personam regis tamquam propriam habet defendere et tueri. Cum non propterea locum versus dexteram tenuerit quatuor quadra circuit. Cum vero ante reginam statuitur sex quadra perambulare potest. Cum vero ad medium tabulerii pervenit octo quadra perambulare potest. Eodem modo est de sinistro qui secundum situm niger est et semper albus fit et eodem modo ad bellum progrediens sua virtute crescit et multiplicatur in quadris. Cum enim niger versus regem est albus versus reginam perambulant unus ante reginam ut sinister alius ante regem ut dexter se locavit quasi regem et reginam admodum corone cingentes sunt. Cum vero ad bella descendentes et campum requirentes sibi per se obviant et militaris virtus se et suos perfectus manifestat. Miles enim cognoscendo non potest cuius pugne sit nisi cum certando virtutem monstravit cuius signum probitati potius attestatur quam vitio. Credibile namque est omni qui in principio timore consuevit cum ad bellum venerit constantius ingerere nec terga vertere. Cum adhuc pervenerit ubi timor mortis a natura impulsus non videtur presentaliter imminere, sed bellando fortiter reperiatur quod natura in principio ipsi virtuti invisibiliter instruxit. Magnifica est considerato arduo periculo non cedere sed constanter se ultro hostibus bellando offerre. Quod et milites representant cum in principio progredi non possint ad tria quadra et circa fines regni. Cum vero circa fines exeunt tam cordati et virtute resumpta usque ad quatuor quadra certo prosiliunt ac metuentes hostes prosternunt. Sic est de omni homine qui de se humilia sentit dum expositus fuerit virtute clarius elucescit. Qui enim se humiliat exaltabitur. Et hec de motu et progressu militum dicta sufficiant.

De motu et progressu rochorum. vj.

Rochorum seu legatorum ac vicariorum progressus talis est. Dexter enim niger est sinister albus. Cum omnes schachi fuerint in locis propriis situati tam nobiles quam populares habent virtualiter ubi ad certos terminos progredi possint. Soli autem rochi cum sint inclusi nullam habent actu procedendi virtutem nisi eis per nobiles aut populares via fuerit expedita. Quod ideo contingit quia cum ipsi sint vicarii seu legati eorum auctoritas virtutem non habet donec egressi inceperit exercere. Intra non palatium regis residentes legationem fungi non possunt. Statim autem cum exierit vim possunt auctoritate sibi a rege concessa. Eorum namque auctoritas magna est cum regis personam gerunt. Et ideo vacuo tabulerio existente per totum tabulerium quasi per regnum discurrunt et tam in albo quam in nigro quilibet eorum sive dexter sive sinister fuerit totum circuit. Si tamen vacuum tam a suis quam ab adversariis invenerit expeditum. Cum enim aliquis eorum in angulo tabulerii se invenerit ad duas lineas quadratorum continuam extensas potest progredi et moveri. Cum vero in medio tabulerii se invenerit quilibet rochus quatuor lineas quadratorum poterit perambulare. Et sciendum est quod rochi numquam progrediuntur in angulum sed semper in rectum sive ante cedat sive retrocedat. Omnibus autem qui regi sunt subditi tam

bonus quam malus auctoritatis vicarios sue cla
re pater debet quia sunt recta et iusta. Tan
te enim virtutis sunt in bello ut ipsis
solis duobus liceat adversarium regem
deponere acceptum regno et vita pri
vare. Sicut factum est. Cum cirus
rex persarum et darius rex medorum
balthasar regem babilonie nepotem
elui morodach sub quo hic ludus in
ventus est una nocte regno et vita
privavit. Et hec de motu et progressu
rochorum dicta sufficiant. De motu
et progressu omnium popularium .vij.

Omnium popularium unus pro
gressus est. Nam a
primo gradu ubi si
tuati sunt progredi possunt
usque ad tertium quadrum
eorum quasi securi intra re

gni confinia existunt. Cum vero ex
regni terminos prosiliunt uno quadro
contenti semper in directum ascendunt
nunquam tamen revertuntur. Incertum
vero eum tenent quem per virtutem acquirere
quod nobiles situati retinent in digni
tate. Unde si sic populares et alios nobiles
adiuti fuerint quod ad lineam nobilium
adversariorum quadrum pervenerint per
virtutem acquirunt quod regine per
gratiam est concessum. Nam si quis eo
rum poterit ad dictam lineam perveni
re si albus fuerit ut est agricola la
nifex mediatus et civitatis custos re
gine dignitatem acquisitam retinent
ut redeundo versus propria in primo
progressu ac ceteris omnibus ut dictum
est in capitulo de progressu regine tene
bit. Si vero aliquis popularis niger
fuerit ut faber mercator tabernarius
et ribaldus eodem modo in directum ad
lineam adversariorum nobilium sine dampno
pervenerit per virtutem regine nigre
dignitatem et progressum similiter acqui
rit. Est autem sciendum quod popula
res ascendentes in rectum si ante nobi
lem aut popularem invenerint adver
sarium et hunc in angulis a dextris et
a sinistris eorum capere vel occidere possunt.
Cum enim tales habeantur suspecti

ne personam popularis in directum ascen
dentis vel recipiens dirriperet. Et lex
omnis vellit ut vi vim repellere liceat
cum moderamine inculpate tutelle.
Alterum adversarium in angulo dextro
tamquam persone insidiatorem. Alterum
in sinistro tamquam pertinentem invasorem
capere potest. Ad album vero et nigrum
ascendens in recta linea vel in angulis
progreditur popularis. Nunquam autem ad
rectam lineam dextram vel sinistram
procedendo seu retrogradando progre
ditur nisi cum regine obtinuerit di
gnitatem. Tunc enim dextram lineam
vel sinistram indirectum semel tantum
est cum primo moveri ceperit progre
di potest ut patet in capitulo de progres
su regine. Est etiam sciendum quod po
pularis qui bellando propriam lineam
relinquens dextram vel sinistram in
greditur cum ad lineam adversario
rum nobilium pervenit sibi quod gradum
illum ubi nobilis situatus fuerit ab
ipso nobili albo vel nigro denomina
tionem habet. Sic et ipse albus vel niger
regine dignitatem et progressum op
tinebit. Et hec omnia patent in pre
ludum inspicienti. Nemo quoque miles
popularem despiciat quia tamen ad im
perium quam ad summum pontificatum vir
tutibus plenos et graciis legimus per
venisse. Cum giges quidam nomine ar
mis et divitiis esset in oppulentissimo
libie regno inflatus adeo et rex impro
de misit ad hospitium appollinis
sciscitaturus an aliquis mortalium eo
esset felicior. Ex abdito sacrarii specu
vox insonuit que ei pretulit quendam
popularem qui vocabatur agillagus
sophidius. hic erat pauperibus rebus ad
vero dives etatis senior qui terminos
agri sui nunquam excessat. Sic ergo ap
pollo magis approbavit eum securitatis
agillagum sophidium tecum ridentem
gurum quam tristem curis et sollicitudinibus
aulam regiam gigis ditissimam. Magis
autem approbavit paucam glebam
pauperis in expertam quam horum libie pi
guissimam metu refertum. hic pau

per agillagus virtuosus fuit et securissi
mus fuit. Quanto enim homo est na
tione inferior virtute vero superior tan
to est gloriosior et famosior. Virgilius
lombardus origine natione mantuanus
prosapia humili sapientia tamen maximus
et eximius poetarum toto orbe terrarum
claruit. Cum enim quidam semel ei
diceret quod versus homeri operi suo
miscuerat. Respondit. Esse magnarum
virium clavam excutere de manu
herculis. Et hec de progressu omnium
popularium dicta sufficiant. Epi
logatio totius huius libri .viij.

Breviter in quantum potuimus
omnia perstringentes que supius
diximus dicimus hunc librum
inventum fuisse tempore hemoradach re
gis babillonie. Eius autem inventor
persis seu philometor philosophus. Causa
autem quare hunc ludum invenit fuit
regis correctio. Et hec tria patent
in tribus primis capitulis tractatus
primi. Cum enim rex ipse malus esset
et non posset correctionem substinere
sed etiam correctores occideret et
multos iam prudentissimos occidis
set populus qui multum contristaba
tur de mala vita regis rogavit dic
tum philosophum ut increparet regem de
vita sua mala. Cui philosophus cum alle
garet primo mortem sibi sine dubio
imminere si id faceret populus ait.
Certe ante deles mortem eligere quam
quod in populo fama volet quod vita regis
detestabilis sit tuo consilio maxime
cum eum increpare non audeas vel
tudias. Quod philosophus audiens pro
misit populo regem corrigere. Et non
audens eum corrigere publice invenit
modum quo mortem evaderet et populo
promissum servaret. Et tunc philosophus
ad mentem totaliter se contulit et
schachorum cum sexaginta quatuor
quadratis invenit ut dictum est
supra in capitulo de schacherio. Formas
schachorum ad formam humanam de auro
et argento composuit et formavit se
cundum quod diximus in capitulo de formis

schachorum in tractatu secundo. Pro
gressum autem eorum et motum de
scripsit secundum quod dictum est in quarto
tractatu. Cum autem dictus philosophus
scacludum totum ordinasset et iam
coram multis in regis aula ludere
cepisset et ludus omnibus placuisset
superveniit rex et ludere desideravit.
Et tunc philosophus regem de ludo et de pro
gressu schachorum docere cepit dicen
do primo quomodo debet hec elementa
instituam continetiam secundum quod patet in
capitulo de forma regis. Docere etiam
incepit de forma regine et progressu
eius dicens quales mores regina de
bet habere. Docere cepit de alphillibus
tamquam de iustis iudicibus et consiliariis
qui in regno necesse est esse. Item
de militibus quam fideles quam sapientes et
quam liberales esse debent. Item de vica
riis regis et motibus eorum sicut dic
tum est in precedentibus capitulis
de formis nobilium. Docuit etiam
quomodo populares debent intende
re artificiis suis et etiam cum cus
stodire nobilibus. Quare etiam an
te eos sunt situati ut habetur in tracta
tu quarto capitulo de schacherio.
Cum ergo sit philosophus vitam regis gene
raliter reprehendisset quasi reprehe
dendo regem et nobiles in ipso schache
rio situatos rex a philosopho requisivit ipsum
sub pena capitis sibi diceret quare
hunc ludum reperisset et quid eum
invenire monuisset. Tunc philosophus
timore coactus respondit quod populo
requirente promiserat quod regem cor
rigeret. Sed cum timeret mortem
videns quod ipse rex alios sapientes oc
ciderat et quod tante fuissent auda
cie quod ipsum increpare ausi fuissent
dixit se in anxietate positum co
gitasse qualiter vitam servaret
et modum curialem correctionis in
venire posset. Cogitatione autem
maxima precedente hunc ludum
invenit ut et regis vitam meliora
re posset curialiter corrigendo vi
ta tenere persone formare in ipso scha

chorio ad memoriam in publico reducen
do, ut et ipse rex tercia persona tamquam
dicta sibi attenderet, et sic saltem vi
tam mutaret et mores. Addidit etiam
se hunc ludum invenisse ut nobiles et
habundantes divicijs pacis tempore gauden
tes ociositatem per hunc ludum vita
rent, ut ludendo delectarentur in ipso
acessent attenti. Ulterius videbatur
materia meditandi multis inveniren
di varias meditationes et modos tam
ludendi quam loquendi et scribendi in eo
et super eo. Rex autem auditis hijs causis
cogitans etiam quod nobilem modum
correctionis predictus philosophus invenisset
pro reparatione vitam et mores ad
mandatum et admodum quem philosophus
eum docere voluit permutavit. Sic
que factum est ut rex qui prius erat
inordinatus et impius iustus fieret
acceptus omnibus et cunctis virtutibus et mori
bus graciosus. Sine virtutibus
enim vitam ducere non est hominis opus
sed bestie. Igitur ad illum recurramus
qui est virtus agnus omnis virtutis ma
nat et regnat, ut vobis et michi conce
dat pro modulo aliquid ad honorem
nobilium dicere det graciam in presenti ut in
perpetuum possimus cum ipso vivere et
regnare. Hunc libellum ad honorem
et solatium nobilium maxime ludum scac
cum ego frater Jacobus de Cessulis ordinis
predicatorum composui et ad hunc finem
perducit, de ante illo agno descendit
omne datum optimum et perfectum. Deo
igitur sit honor et gloria in secula se
culorum. Amen.

Ego Johannes quondam ser Silvestri de Lucia
Civis venetus publicus imperiali auctoritate
notarius et cancellarius comunis civitatis
hunc libellum scripsi et ad finem dedu
ce produxi die Mercurij .xv. mensis aprilis
M cccc quinquagessimo. Ad laudem et
gloriam dei omnipotentis.

Descriptio Illustrissimorum principum
et illustrissimorum dominorum ducum incli
te civitatis venetiarum etc. eorum no
bilissimarum prosapiarum a quibus
ipsi principes illustrissimi traxerunt
originem, et gestorum notabilium suo
tempore factorum. Et temporis quo
quilibet eorum illustrissimus dux ste
tit in ducatu. Et locorum in quibus
vixerunt et fuerunt sepulti ....

Dominus beatus beato pri
mus dux incl(ite) civitatis
venetiarum electus fuit anno
nativitatis domini nostri yhesu xpi
octingentessimo primo.
Hic dux in ducatu stetit annis quinque
quibus transactis renunciavit ducatum
et cum serenissimo rege Francie se trans
tulit personaliter ad partes gallie ubi
honorifice vixit et vitam suam cum ho
nore finivit.
Ducatus hic nichil vacavit quia renun
ciato ducatu alius dux loco sui solemp
niter fuit electus.

Dominus angelus particiaco
aliter badoario cognomina
tus per nobiles senatus electus
fuit dux incl(ite) civitatis venetiarum
anno nativitatis domini nostri yhesu xpi.
octingentessimo sexto.
Sub ducatu huius illustrissimi princi
pis delatum fuit de alexandria be
atissimum corpus gloriosi evangeliste
sancti marci ultimo die mensis Janua
rij anno nativitatis domini nostri yhesu xpi
octingentessimo vigessimo. Et in
ecclesia sancti marci magnifica fuit
honorifice collocatum.

Hic illustrissimus dux fuit multum helemosinarius, ideo valde devotus, et ob devotionem renuntiavit ducatum et huic seculo post annos decem et septem quibus in ducatu permansit, et transtulit eum se ad monasterium sancti Hilarii in civitate Venetiarum, ubi in sanctitate maxima vitam suam duxit, et plenus virtutibus et sanctis operibus quievit in pace, et in dicto monasterio fuit honorifice tumulatus.

Dominus Iustinianus Baduario natus illustrissimi domini Angeli Baduarii per nobiles senatus Venetorum subrogatus fuit in ducatu loco felicis memorie prefati illustrissimi patris sui anno nativitatis domini octingentesimo vigesimo quarto.

Hic illustrissimus dux in ducatu vixit annis duobus, quibus expletis quievit in pace, et sepultus fuit in monasterio sancti Hilarii penes patrem suum.

Dominus Iohannes Baduario per nobiles senatus Venetiarum electus fuit dux inclite civitatis Venetorum anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi octingentesimo vigesimo sexto.

Hic illustrissimus princeps expulsus de ducatu Venetorum per quendam nobilem Venetum nomine Carosium, ad partes Ystrie se personaliter transtulit.

Iste Carosius Venetus nobilis sua potentia cepit tirampnice civitatem Venetorum. Obtinuit tirampnidem, fuit subito excecatus.

Senatus vero nobilium Venetorum illico misit ad partes Ystrie solempnissimos oratores, qui revocaverunt et solempniter reduxerunt prefatum illustrissimum dominum Iohannem Baduario ad suum ducatum. In quo ducatu ante ipsius expulsionem et post eius reductionem et revocationem in ducatu vixit annis viginti tribus.

Tandem hic illustrissimus princeps per suos inimicos nobiles Venetos de stirpe Mastellitia de ducatu fuit expulsus, et ubi fuit clericus ordinatus rasura barbe premissa, et ad civitatem Gradensem fuit relegatus, ubi pauco tempore vixit. In dicta ecclesia fuit honorifice tumulatus.

Dominus Petrus Tradominico per nobiles senatus Venetorum electus fuit dux illustris civitatis prefate anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi octingentesimo quadragesimo nono.

Hic illustrissimus dux vixit in ducatu annis viginti novem. Post quos annos iens hic illustrissimus dux ad vesperos qui in die exaltationis sancte crucis decantari debebat in monasterio monialium sancti Zacharie prophete, cum in cimiterio dicti monasterii applicuit, ibi a suis inimicis fuit crudeliter interfectus et in ecclesia dicti monasterii tumulatus.

Dominus Ursus Baduario per nobiles senatus Venetorum electus fuit dux dicte inclite civitatis anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi octingentesimo septuagesimo octavo.

Hic illustrissimus princeps vixit quietus in ducatu annis decem et septem, quibus transactis de hoc seculo ad aliud transmigravit, et in ecclesia sancti Zacharie fuit honorifice tumulatus.

Dominus Petrus Candiano aliter cognominatus Sanudo per nobiles senatus Venetorum electus fuit dux illustrissimus civitatis prefate anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi nongentesimo primo.

Hic princeps illustrissimus et valorosus fuit personaliter contra Narentanos, in quo bello fuit occisus, sed per suos violenter extractus de bello occulte ductus fuit ad civitatem Gradensem, et in qua civitate fuit honorifice tumulatus.

Vixit in ducatu duobus annis iiij.

Dominus Iohannes Baduario per nobiles senatus Venetorum electus fuit dux illustrissime civitatis Venetiarum anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi octingentesimo nonagesimo tertio.

Hic dux illustrissimus in ducatu stetit annis septem, quibus expletis renuntiavit ducatum et ivit habitatum mansiones suas.

Ducatus Venetiarum ob hanc causam vacavit anno uno vel circa.

Dominus Iohannes Baduario supradictus, qui ducatum renuntiaverat et iverat habitatum mansiones suas non alia causa nisi quia propter debilitatem corporis onera ducatus non poterat sustinere, per nobiles senatus Venetorum fuit reelectus dux prefate civitatis Venetiarum anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi nongentesimo tertio.

Hic dux bonissimus onera ducatus supportare non valens iterum renuntiavit, ad suas mansiones revertens, ubi vitam suam quiete finivit.

Dominus petrus tribuno per nobiles senatus venetorum elec tus fuit dux ciuitatis prefate Anno natiuitatis domini nostri yhu xpi nongentessimo quarto.

Hic illustrissimus princeps incepit fundamenta campanilis eclesie sancti marci, et magnifici palacij ducalis venetorum.

Vixit feliciter in ducatu annis vi ginti tribus postquam consumato cursu vite sue in eclesia sancti zacharie prophete fuit honori fice tumulatus.

Dominus petrus candiano cognominatus sanudo per nobiles senatus venetorum electus fuit dux illustris ciuitatis venetorum Anno natiuitatis domini nostri ihu xpi nongentessimo trigessimo quinto.

Hic illustrissimus dux vixit in du catu annis duobus quibus elapsis obijt et sepultus fuit in mona sterio sancti zacharie.

Dominus vrsus baduario per nobiles senatus inclite ci uitatis venetiarum electus fuit dux ciuitatis prefate anno natiuitatis domini nostri yhu xpi. nongentessimo vigessimo sexto.

Hic princeps illustrissimus postquam annis decem et octo vixerat in ducatu renuntians dignitati se monachum fecit. Et intrans monasterium monachorum sancti felicis de amianis sub episcopatu torcellensi ibi in sanctitate sua vitam finiens fuit honorifice tumulatus.

Dominus petrus baduario per nobiles senatus venetorum electus fuit dux illustris sime ciuitatis venetiarum anno natiuitatis domini nostri yhu xpi nongentessimo trigessimo sep timo.

Hic illustrissimus dux vixit in ducatu annis tribus quibus elapsis obijt et sepultus fuit honorifice in monasterio sancti felicis de amianis cum illustris simo principe domino vrso patre suo olim serenissimo principe illustrissime ducalis ciuitatis venetiarum.

dux petrus candiano

Dominus petrus candiano cognominatus sanudo per nobiles senatus venetiarum electus fuit dux illustrissimus anno natiuitatis domini nostri yhu xpi nongentessimo trigessimo nono.

Hic illustrissimus princeps vixit in ducatu annis decem et septem. Qui bus elapsis obijt et sepultus fuit honorifice in monasterio sancti zacharie cum illustrissimo principe domino pe tro candiano olim inclito duce ve netorum patre suo.

Sub hoc illustrissimo principe trige stini occulte venerunt venecias et violenter rapuerunt sponsas cum suis vestimentis que nuptui trade bantur. Et que secundum consuetudinem antequam ducerentur ad domos spo sorum suorum iuerant ad visitandum eclesiam sancti petri de castello. hoc fuit de mense ianuarii. nongentessimo tri gessimo nono anno. Quod au diens illustrissimus dux prefatus cum toto populo insecutus est eos et in caprulis repientes eos diuiden tes mulieres et predam ipsos omnes interfecerunt et recuparuerunt mu lieres et predam die secundo mensis febr. anno natiuitatis domini nostri yhu xpi no nagentessimo trigessimo nono quo die fit festum purificationis beate marie. Ob cuius reuerentiam ordina tum fuit festum beate marie quod in venetiis cum expensa maxima solebat solempnizari.

Dominus petrus sanudo filius prelibati domini petri sanudo olim illustrissimi ducis ve netorum per nobiles eiusdem senatus ellectus fuit dux ciuitatis prefate anno natiuitatis domini nostri ihu xpi nongen tessimo quinquagessimo septimo.

Hic princeps serenissimus vixit in ducatu annis decem et septem. quibus expletis idem illustrissimus dux vna cum vno suo filio propter eius malum regimen furore po puli fuit crudeliter interfectus et cum eodem filio suo in monasterio sancti hilarij tumu latus.

Dominus petrus vrsiolo per nobiles senatus venetorum el lectus fuit dux inclite ciuita tis venetiarum anno natiuitatis domini nostri yhu xpi nongentessimo septua gessimo quarto.

Hic illustrissimus princeps vixit in ducatu annis duobus mensibus duobus, quibus transactis renun tiauit ducatum et iuit ad montem cassinum ubi feliciter in monasterio quie uit in pace miraculis coruscando.

Dominus vitalis candido per nobiles senatus venetorum fuit ellectus dux incilite civitatis venetiarum. Anno nativitatis domini nostri yhesu xpisti nongentessimo septuagessimo sexto.

Hic illustrissimus princeps vixit in ducatu anno uno vel circha in quo anno migravit ad dominum et sepultus fuit in monasterio sancti hilarii vestitus habitu monachorum ipsius monasterii.

Dominus tribunus memo per nobiles senatus nobilium venetorum electus fuit dux incilite civitatis venetiarum anno nativitatis domini nostri yhesu xpisti nongentessimo septuagesimo septimo.

Hic princeps illustrissimus complevit campanile ecclesie sancti marci.

Hic dux illustrissimus vixit in ducatu annis tresdecim quibus transactis constrictus a populo suscepit habitum monachorum. Post cuius habitus susceptionem vixit modicum et in monasterio sancti zacharie fuit honorifice tumulatus.

Dominus petrus ursiolo per nobiles senatus venetorum fuit electus dux incilite civitatis venetiarum anno nativitatis domini nostri yhesu xpisti nongentessimo octuagessimo nono.

Hic princeps illustrissimus vixit feliciter in ducatu annis sexdecim quibus transactis de hoc seculo ad aliud transmigravit et in monasterio sancti zacharie fuit honorifice sepultus.

Dominus ursus ursiolo per nobiles senatus nobilium venetorum fuit ellectus dux incilite civitatis venetiarum. Anno nativitatis domini nostri yhesu xpisti. Millessimo quinto.

Hic princeps illustrissimus vixit in ducatu annis sex quibus transactis a ducatu fuit expulsus ad petitionem nobilis viri domini dominici flabanico et inde relegatus in greciam ubi suam vitam finivit in habitu monachali.

Dominus petrus centranico per nobiles senatus venetorum electus fuit dux incilite civitatis venetiarum anno nativitatis domini nostri yhesu xpisti. Millessimo undecimo.

Hic princeps illustrissimus stetit in ducatu annis quatuor quibus elapsis a ducatu fuit expulsus et relegatus in greciam ubi de hoc seculo ad aliud transmigravit.

Dominus ursus ursiolo patriarcha gradensis per nobiles senatus nobilium venetorum electus fuit dux incilite civitatis venetiarum anno nativitatis domini nostri yhesu xpisti. Millessimo quintodecimo.

Hic princeps illustrissimus postquam stetit in ducatu anno uno renunciavit ducatum et deinde vixit religiose.

Dominus dominicus ursiolo non fuit ellectus sed per vim intravit ob quam causam stetit in ducatu per unam diem et unam noctem solummodo ex quo violenter expulsus fugit ravenam ubi suam vitam finivit.

Dominus dominicus flabanico per nobiles senatus nobilium venetorum fuit ellectus dux incilite civitatis venetiarum anno nativitatis domini nostri yhesu xpisti. Millessimo sexto decimo.

Hic princeps illustrissimus vixit in ducatu anno uno. Quo anno transacto quievit in pace.

Dominus dominicus contareno per
nobiles senatus nobilium
venetorum electus fuit
dux inclite civitatis venetiarum anno
nativitatis domini nostri yhesu xpi millesimo
decimo septimo.

Huius illustrissimi principis tempore
civitas Iadrensis in dalmatia
prima vice rebellavit S. ducali
dominio venetiarum. Ad cuius recupe-
rationem accessit personaliter hic dux
illustrissimus cum potenti armata
galearum armatorum et civitatem
eamdem rebellem violenter reacquisivit.

Hic princeps illustrissimus habuit
unicum filium cognomento dominum he-
nricum creatum episcopum castella-
ne diocesis suis virtutibus et
reverentia patris.

Huius illustrissimi principis tempore
coadunata fuit potens arma-
ta maritima ad partes orienta-
les missa in auxilium regis
balduini primi regis yerusale-
m et terre sancte. Cui armate idem
dominus henricus contareno episcopus
castellane diocesis electus fuit
capitaneus generalis. Qui episcopus
in dei nomine proficiscens victo-
riam obtinuit et de inimicis
terre sancte singulare reporta-
vit triumphum.

In suo autem felicissimo reditu
ex civitate barri lesinine acce-
pit sacra corpora sanctorum videlicet
sancti nicolai.

Hic illustrissimus princeps toti-
um territorium sancti nicolai de litore
sibi donavit. Et fecit ibi fa-
bricare notabile monasterium
cuius fabricam magnum habere
dispensavit.

Hic illustrissimus princeps vixit
in ducatu viginti sex annis quibus
expletis migravit ad dominum et
in dicto monasterio fuit honorifice tu-
mulatus.

Dominus dominicus selvo
per nobiles senatus nobi-
lium venetorum electus
fuit dux inclite civitatis vene-
tiarum anno nativitatis domini nostri yhesu
xpi millesimo quadragesimo tertio.

Hic princeps illustrissimus cepit
fabricare ecclesiam gloriosi evan-
geliste sancti marci quam nomi-
natam devenimus ut videtur ad
presens.

Hic princeps illustrissimus vixit
in ducatu annis decem et novem.
Quibus finitis quievit in pace
et in dicta ecclesia sancti marci fuit
cum honore sepultus.

Dominus vitalis faledro
per nobiles senatus nobi-
lium venetorum electus fuit
dux inclite civitatis prefate anno
nativitatis domini nostri yhesu xpi millesimo
sexagesimo secundo.

Huius illustrissimi principis tempore com-
pleta fuit ecclesia sancti marci et
solempniter consecrata. In qua
ecclesia cum corpus beatissimi evan-
geliste sancti marci reperiri non
posset facta fuit solempnis pro-
cessio cum devotione et ieiunio
in qua quidem processione ma-
gnum miraculum visum fuit.
Nam beatissimus sanctus marcus
evangelista qui iam diu steterat
clausus in una columpna et
ab omnibus incognitus extendit bra-
chium de columpna. Ob quod so-
lempne miraculum solempnis
processio celebratur in civitate
venetiarum anno singulo dicta die.
Tunc enim corpus sanctissimum
de dicta columpna cum honore
maximo fuit extractum et in lo-
co honorifico repositum per
dominum ducem et procuratores sancti
marci. Cuius loci repositio nulli
est nota exceptis illustrissimo
domino duci et procuratoribus sancti
marci qui tenent claves loculi
in quo reverenter fuit reconditum
ipsum corpus beatissimi evangeli-
ste sancti marci.

Hic princeps illustrissimus vixit in du-
catu annis tredecim quibus expletis
obiit et reverenter fuit sepultus
in dicta ecclesia sancti marci

Dominus vitalis michael per
nobiles senatus nobilium
venetorum electus fuit
dux inclite civitatis venetiarum anno
domini millesimo septuagesimo quinto.

Huius illustrissimi principis mis-
sus fuit potens exercitus per
mare in yerusalem in subsidium
terre sancte. Cuius exercitus ca-
pitaneus electus fuit reveren-
dissimus dominus henricus contareno
dei et apostolice sedis gratia episcopus di-
gnissimus castellanus digno
supplemento facta fuit. Qui
cum dei gratia inde rediit ve-
netias cum triumpho.

Hic illustrissimus princeps vixit
in ducatu annis quatuordecim
et post ipsius obitum cum honore
maximo sepultus fuit in ecclesia
sancti marci.

Dominus ordelaphus
faledro per nobiles senatus
nobilium venetorum electus
fuit dux inclite civitatis venetiarum
anno nativitatis domini nostri yhesu

H millessimo nonagessimo primo.
Huius illustrissimi principis tempore civi-
tas Jadrensis in Dalmatia sita
rebellavit illustrissimo ducali do-
minio Venetiarum. Contra quam pa-
ratus fuit magnus exercitus galea-
rum et armatorum. Cui exercitui pre-
fuit personaliter illustrissimus princeps
qui ipsam civitatem rebellem cum
magno timore utriusque partis
et sue proprie persone quia super
portam ipsius civitatis mortuus
fuit ad pristinam obedientiam
reduxit. Cuius illustrissimi prin-
cipis corpus post regimen sui du-
catus quod fuit per spatium annorum
decem octo conductum fuit Ve-
netias et in ecclesia sancti Marci fuit
cum honore maximo tumula-
tum.

Dominus Dominicus Michael
per nobiles senatus nobilium
Venetorum electus fuit dux
inclite civitatis Venetiarum anno nati-
vitatis domini nostri Yhesu Christi millo centessimo
decimo nono.
Hic princeps illustrissimus cum
potenti exercitu maritimo per-
sonaliter ivit ad succursum ter-
re Sancte. Cum quo exercitu ob-
tenta optata victoria rediit Ve-
netias cum magno triumpho.
Hic princeps illustrissimus post
annum vigessimum primum sui duca-
tus obiit et reverenter fuit
tumulatus in monasterio sancti Georgii.

de allegria virtutibus plenus et mi-
raculis coruscando.

Dominus Petrus Pollani.
Per nobiles senatus nobilium
Venetorum electus fuit dux
inclite civitatis Venetiarum anno na-
tivitatis domini nostri Yhesu Christi millo
centessimo trigessimo primo.
Hic princeps illustrissimus vixit
in ducatu annis decem et nove
quibus finitis de hoc seculo ad ali-
ud transmigravit et fuit sepul-
tus cum honore maximo in eccle-
sia sancti Cipriani de Muriano.

Dominus Dominicus Mauro-
ceno per nobiles senatus
nobilium Venetorum fuit
electus dux inclite civitatis
Venetiarum anno nativitatis domini
nostri Yhesu Christi millo centessi-
mo quinquagessimo.
Hic princeps illustrissimus vi-
xit in ducatu annis novem
quibus elapsis migravit ad
dominum et sepultus fuit in ecclesia
sancte Crucis.

Dominus Vitalis Michael per
nobiles senatus nobilium Vene-
torum electus fuit dux inclite ci-
vitatis Venetiarum anno nativitatis domini nostri
Yhesu Christi millo centessimo quinqua-
gessimo nono.
Sub hoc illustrissimo principe captus
fuit Ordalricus patriarcha Aquile-
gensis cum duodecim suis canonicis
contra rebellibus statui Venetorum. Qui
postmodum a captivitate per eundem
illustrissimum principem liberati fue-
runt cum obligatione et promissio-
ne perpetua presentandi anno sin-
gulo illustrissimo domino Venetiarum
Venetiis procensum et insignum subiec-
tionis unum taurum et duodecim por-
cos pro faciendo execrabili venatio-
ne super platheam sancti Marci die
Iovis carnis privii ut ibi fit an-
no singulo ad hoc tempore circa.
Huius illustrissimi principis tempore
Jadrensis civitas in Dalmatia
rebellavit tercia vice serenissimo
dominio Venetorum. Que cum violen-
to exercitu fuit subito recupera-
ta.
Huius illustrissimi principis tempore
Hemanuel imperator Grecorum
capi mandavit omnes Venetos
existentes in imperio suo propter
quod ordinata fuit armata cen-
tum galearum contra ipsum impera-
torem, que vicerunt contra ipsum
fuerunt. In qua armata fuerunt
omnes Justiniani nobiles Venetiarum
qui de Constantinopoli venerunt

Venetias. Contra quam armatam cognos-
cens ipse imperator se prevalere non
posse, tossicavit fontem a quo ipse
galee aquam recenti recipiebant.
De qua aqua cum omnes de arma-
ta bibissent, ultra duas partes
de armata perierunt veneno.
Restitit solummodo galee viginti
sex sanis. Que quidem armata
viginti sex gallearum Venetias
veniens per viam recuperavit Ra-
gusium et Traguryum civitates
in Dalmatia que civitates rebel-
laverant serenissimo dominio Vene-
torum et se dicto imperatori Hemanueli
adheserant. Hic fuit maior oc-
cisio que unquam habuerit illu-
strissimum dominium Venetorum. Hec
autem intelligens illustrissimum
dominium Venetorum et videns prosa-
piam nobilium de cha Justiniano in
dicta armata omnes esse consumptam ut dicta
nobilissima progenies in civitate
Venetiarum renovaretur, extraxit
quendam iuvenculum monachum
prosapie Justiniane de monasterio sancti
Nicolai de Litore in quo professus
fuerat, quem iuvene monachum
Justinianum copulaverunt in uxo-
rem filie dicti domini Vitalis Michael illu-
strissimi ducis Venetiarum. Ex quo
iuvene monacho Justiniano et
filia prefati illustrissimi du-
cis Venetiarum processit progenies
nobilium Justinianorum.
Hic illustrissimus princeps vixit
in ducatu annis decem et septem
qui dum quodam die pasce resur-
rectionis dominice iret dux solito
ad festum monasterii sancti Zacharie
in introitu dicte ecclesie a
suis inimicis fuit occisus,
in dicta ecclesia tumulatus.

D

Dominus sebastianus zia
ni fuit electus dux inclite
civitatis venetiarum anno nativitatis domi
ni nostri yhesu christi Millessimo centessimo
septuagessimo sexto.
Huius illustrissimi principis tempore sanc
tissimus dominus noster alexander papa
quartus persecutus ab imperatore fede
rico 2° aufugit venetias et clam mul
to tempore stetit in monasterio caritatis inco-
gnitus. Dum autem hec ad notitiam
serenissimi ducalis domini veneciarum ve
nisset, prefatus illustrissimus dominus
dux, cum omnibus nobilibus et clero
ac toto populo venetorum illuc accessit
ubi prefatum sanctissimum papam invenit
cum solempnitate maxima et reve
rentia debita ad ducale palatium
duxit eumque amplissime hono
ravit. Et procedens contra ipsum dominum
imperatorem qui filium suum cum
multis galeis contra ipsum papam
ad venetias miserat, capto filio eius
imperatoris, et eius armata conflicta
reconciliavit papam imperatori
et ipsum dominum papam una cum prefa
to imperatore romam conduxit. Agno
domino papa, ipse dominus dux venetiarum
pro se et suis successoribus plurimas
dignitates accepit. Ut est anulus
aureus desponsationis maris. Gla
dius aureus militaris. Cereus blan
dicius. Umbrella papalis. Duo
decim confalones imperiales.
Cathedra papalis. Et alie plures
imperiales dignitates et papales
cum bulla plumbea qua privi
legium concessionis dictarum digni
tatum appensione sigilli plum
bei papalis fuit honorifice sigil
latum. Cuius victorie et concessionis
memoria patet usque hodie so
lempnis pictura aurea in sala
magna ducalis palacii veneciarum.
Tempore huius illustrissimi princi
pis delate fuerunt de constantinopo
lim veneciis ille due columpne ma
gne marmoree que hodierna die
sunt erecte in platea sancti marci.
Et tercia columpna similis illis
duabus columpnis erectis in aqua ca
nalis sancti marci cecidit, de qua nun
quam potuit elevari. Elevatis illis
duabus magnis columpnis et
firmatis cum ingenio et maximo
labore, ingeniarius qui ipsas
columpnas sublevavit in dextra
impetravit ut omnes volentes in
ter ipsas columpnas ludere ad azara
et ad reliquos ludos possent ludere
sine pena.
Hic princeps illustrissimus ditissimus
fuit, multa fabricavit monaste
ria in districtu veneto et multa
hospitalia.
Hic princeps illustrissimus lega
vit cuilibet carcerato in carceribus
veneciarum tres panes in die pro sin
gulo.
Item legavit ecclesie sancti marci
omnes domos que sunt circa pla
team sancti marci.
Hic princeps illustrissimus vixit in
ducatu annis septem, quibus tran
sactis migravit ad dominum et sepul
tus fuit in ecclesia sancti georgii ma
ioris, cui reliquit multas pos
sessiones et domos.

Dominus aureus maistro pe
tro per nobiles senatus nobi
lium venetorum electus fuit
dux inclite civitatis veneciarum

anno nat(ivitatis) d(omi)ni n(ost)ri ihu xpi Mill(esim)o
centessimo octuagessimo tercio.
Sub hoc illustrissimo principe iadre
sis civitas quarta vice rebellavit
ducatui venetorum / que tempore p(re)fati
illustrissimi ducis rehaberi non
potuit.
Hic illustrissimus fecit cudere mone
tam argenteam vocatam aureoli.
Hic princeps illustrissimus renun
ciavit ducatui post annum septi
mum regiminis sui / et fecit se mona
chum in monasterio sancte crucis
in quo erant monachi strictissime
vite. In quo mon(asterio) pauco tempore vixit
et fuit sepultus in ecclesia dicti mon(asterii).

Dominus henricus dandulo
electus fuit dux inclite
civitatis venet(iarum) per nobi
les senatus nobilium venetorum
anno nativitatis d(omi)ni n(ost)ri yhu xpi
Millo centessimo nonagesimo s(ecun)do.
Hic princeps illustrissimus recupe
ravit civitatem iadrensem anno s(e)c(un)do
suo tempore sui predecessoris.
Hic princeps illustrissimus personali
ter ivit constantinopolim cum
potenti exercitu / quam civitatem
viriliter optinuit et eam subie
cit illustrissimo d(omi)nio venetorum
in qua civitate finitis annis vi
ginti tribus regiminis sui duca
tus de hoc seculo ad aliud trans
migravit / et in eadem civitate
fuit honorifice tumulatus.

Dominus petrus ciani per
nobiles senatus nobilium
venetorum fuit ellectus
dux inclite civitatis venetiarum
anno nat(ivitatis) d(omi)ni n(ost)ri yhu xpi.
Millo ducentessimo quintodecimo.
Hic princeps illustrissimus rexit
ducatum annis viginti duobus.
Sed quia ad etatem decrepitam
devenerat ne ducatus in damno
dum pateretur / ducatum renun
tiavit et intravit mon(asterium) sancti geor
gii maioris / in quo pauco tem
pore vixit / et in eodem mona
sterio in sepultura d(omi)ni sebastia
ni ziani precessoris sui fuit
honorifice tumulatus.

Dominus Jacobus tenpulo
per nobiles senatus nobili
um venetorum electus fuit
dux inclite civitatis venetiarum
anno nat(ivitatis) d(omi)ni n(ost)ri yhu xpi.
Millessimo ducentessimo tri
gessimo sexto.
Sub hoc illustrissimo principe
reformata fuerunt statuta com(mun)is
venet(iarum) per libros seriose divisa.

Huius illustrissimi principis tempore civitas
iadrensis quarta vice rebellavit
et subiugata ducatui fuit viriliter
recuperata.
Hic princeps serenissimus rexit duca
tum feliciter annis viginti post
cuius obitum in monasterio sancti
iohannis et pauli fuit sepultus.

Dominus marinus mau
roceno per nobiles senatus
venetorum electus fuit dux
inclite civitatis venet(iarum) anno na
tivitatis d(omi)ni n(ost)ri yhu xpi millo
ducentessimo quinquagessimo sexto.
Hic princeps illustrissimus obtinu
it a summo pontifice quod primice
rius ecclesie sancti marci mitra fu
geretur.
Hic princeps illustrissimus vixit
in ducatu solummodo quatuor
annis et sepultus fuit cum ho
nore maximo in porticu ecclesie
sancti marci.

Dominus rayncrius geno per
nobiles senatus nobilium
venetorum fuit electus dux

inclite civitatis venet(iarum) anno nat(ivitatis)
d(omi)ni n(ost)ri yhu xpi Millo ducentessimo
sexagessimo.
Hic princeps illustrissimus mul
tas victorias obtinuit contra ia
nuenses.
Stetit enim in ducatu annis sexde
cim cum dimidio qui de hoc se
culo transmigravit ad aliud
fuit cum honore maximo tumu
latus in mon(asterio) sanctorum Johannis et
pauli.

Dominus laurentius tenpulo
natus antescripti d(omi)ni Ja
cobi tenpulo olim illustris
simi ducis venet(iarum) per nobiles
senatus nobilium venetorum fuit
electus dux inclite civitatis ve
netiarum anno nat(ivitatis) d(omi)ni n(ost)ri yhu
xpi Millo ducentessimo septua
gessimo septimo.
Hic illustrissimus princeps vi
xit in ducatu annis sex. Cui
bus finitis de hoc seculo ad ali
ud transmigravit et fuit
sepultus in ecclesia sanctorum
Johannis et pauli in sepulcro
felicis memorie quondam d(omi)ni Ja
cobi thenpulo olim illustris
simi ducis venet(iarum) patris sui.

Dominus Jacobus contareno per nobiles senatus nobilium venetorum electus fuit dux inclite civitatis venetiarum anno nativitatis domini nostri ihesu christi Millesimo ducentesimo septuagesimo tertio.

Hic princeps illustrissimus rexit ducatum nobilium venetorum annis quatuor postquam propter etatem decrepitam renunciavit ducatui post quam renunciationem modicum tempore vixit et fuit sepultus in monasterio fratrum minorum.

Dominus Johannes dandulo per nobiles senatus nobilium venetorum electus fuit dux inclite civitatis venetiarum anno nativitatis domini nostri ihesu christi Millesimo ducentesimo septuagesimo octavo.

Tempore huius electionis huius illustrissimi principis fuit magna discordia inter nobiles et populum. Nam populus volebat quod eligeretur dominus Jacobus tenpulo dux venetiarum et nobiles nequaquam assentire nolebant. Hac autem sentiens idem dominus Jacobus tenpulo recessit a civitate venetiarum et noluit ad civitatem donec audivit quod creatus fuerat dux venetiarum per electionem.

Hic illustrissimus dominus Johannes dandulo dux prefatus vixit in ducatu annis novem mensibus septem. Quibus transactis de hoc seculo ad aliud transmigravit et fuit sepultus honorifice in monasterio sanctorum Johannis et pauli.

Dominus Petrus gradonico per nobiles senatus nobilium venetorum electus fuit dux inclite civitatis venetiarum anno nativitatis domini nostri ihesu christi Millesimo ducentesimo nonagesimo octavo in die festo sancte catharine virginis.

Hic princeps illustrissimus ob eius electionem factam in die sancte catherine precepit anno singulo dictum festum solempniter celebrari. Et sic usque modo servatur adiecto tempore cum...

Huius temporis reperiebatur quidam nobilis cognominatus baiamonte tenpolo. Hic putabat eligi dux venetiarum. Sed quia sua voluntas effectum non habuit, habita noticia de domino petro gradonico duce venetiarum electo, motus invidia incepit tractatum contra statum civitatis venetiarum volens insidiose civitatis surripere. Quod certe sibi successisset ad votum nisi inspiratione divina discoopertus fuisset tractatus.

Quo tractatu discooperto ipse dominus baiamonte tenpulo cum suis sequacibus mala morte re... periit.

Huius illustrissimi principis tempore Jadrensis civitas in dalmatia sexta vice rebellavit ducatui venetorum que suo tempore recuperari non potuit.

Hic illustrissimus princeps correxit aliqua statuta communis venetiarum.

Stetit autem in ducatu annis duodecim mensibus novem quibus migravit ad dominum sepultus fuit in monasterio sancti cipriani de muriano.

Dominus marinus georgio cognominatus sanctus per nobiles senatus nobilium venetorum electus fuit dux inclite civitatis venetiarum Millesimo trecentesimo decimo.

Hic princeps illustrissimus ex operibus sicut cognomine sanctus de suo proprio fundavit fabricavit et dotavit monasterium sancti dominici ordinis predicatorum in civitate venetiarum in contracta castelli.

Hic princeps illustrissimus stetit in ducatu solummodo uno anno quo finito in dicto monasterio sancti dominici per ipsum hedificato et dotato fuit honorifice tumulatus.

A renuntiavit ducatu ... et ad domum propriam reversus est in qua migravit ad dominum

Dominus Johannes superantio procurator ecclesie sancti marci per nobiles senatus nobilium venetorum electus fuit dux inclite civitatis venetiarum anno nativitatis domini nostri yhesu christi Millesimo trecentesimo undecimo.

Hic princeps illustrissimus viriliter recuperavit civitatem iadrensem amissam tempore domini petri gradonico olim illustrissimi ducis venetiarum predecessoris sui.

Hic illustrissimus princeps stetit in ducatu annis sedecim cum dimidio. quibus finitis obiit et in capella baptisterii site in ecclesia sancti marci fuit cum honore sepultus.

Dominus franciscus dandulo per nobiles senatus nobilium venetorum electus fuit dux inclite civitatis venetiarum anno nativitatis domini nostri yhesu christi Millesimo trecentesimo vigesimo octavo.

Hic illustrissimus princeps vixit in ducatu annis decem et mensibus decem. Cum factis aliquibus

correctionib[us] declaratio[n]ib[us] [et] addi
tionib[us] statutis venet[iarum] migravit
ad d[omi]n[u]m [et] fuit sepultus cum ho
nore maximo i[n] mon[a]st[er]io fratrum
minor[um] in eor[um] capitulo.

Dominus bartholomeus
gradonico p[er] nobiles sena
tus nobiliu[m] venetorum
electus fuit dux inclite civitat[is]
venet[iarum] anno nat[ivitatis] d[omi]ni n[ost]ri yhu
xpi Millo trecentessimo trige
ssimo octavo.

Hui[us] illustrissimi principis t[em]p[o]re
aqua crevit i[n] civitate venet[iarum]
plus solito [et] plus q[uam] unq[uam] cre
vissett passo uno cum tanta
terribilitate fortune q[uod] videbat[ur]
omib[us] civitatem venet[iarum] debere
submergi. Contra quas inun
dationes aquar[um] visi fuerunt
a multis s[an]c[t]us georgius [et] s[an]c[t]us
nicolaus remigantes contra dic
tam fortunam in barcheta
parvula piscator[um] postq[ue] nos
aqua minuebatur [et] fortuna
cessabat. Ob quod miraculu[m]
p[er] illustrissimu[m] d[omi]n[u]m ducem
[et] nobiles [et] p[o]p[u]l[u]m venet[iarum] fit so
lempne festum anno singulo
in vigilia ad vesp[er]as [et] i[n] die
festo s[an]c[t]i georgii in mona
sterio s[an]c[t]i georgii maioris.

Hic illustrissimus princeps
vixit in ducatu annis trib[us]
[et] mensib[us] duob[us] quib[us] p[er]fectis
i[n] ecclia s[an]c[t]i marci fuit sepult[us].

Dominus andreas dan
dulo p[er] nobiles senatus
nobilium venetor[um] elec
tus fuit dux inclite civitatis
venet[iarum] anno nat[ivitatis] d[omi]ni n[ost]ri
yhu xpi Millo trecentessimo
quadragessimo secundo.

Hic princeps illustrissimus ta
te sapientie viguit q[uod] existens
etatis triginta ser annor[um]
electus fuit dux venet[iarum].

Hic princeps illustrissimus edi
dit plurimas salutiferas cor
rectiones additiones [et] decla
rationes statutorum comunis
venetiar[um].

Hui[us] illustrissimi principis t[em]p[o]re
civitas dalmatie vocata jadra
rebellavit septima vice [et] suo
t[em]p[o]re fuit virilliter recuperata.

Hic princeps illustrissimus
sapientissime rexit ducatu[m]
annis dece[m] [et] m[en]s[i]b[us] nove[m], quibus
finitis migravit ad d[omi]n[u]m [et]
in eclia s[an]c[t]i marci in ca
pella baptisterii fuit hono
rifice tumulatus.

Dominus marinus faletro
comes vallis marini, exi
stens ambasiator ad summu[m]
pontificem, p[er] nobiles senatus no
bilium venetor[um] electus fuit
dux inclite civitatis venetiar[um]
anno nat[ivitatis] d[omi]ni n[ost]ri yhu xpi M.
trecentessimo quinquagessimo
tertio.

Huic d[omi]no marino faletro ducali
neccatum dum a summo pontifi
ce rediret venetias p[er] viam pa
due missum fuit sibi obviam
bucentorum honestum nobi
libus ut cum maiori honore
reduceretur ad suum ducatum
ad que[m] fuerat electus. Audi
magnum p[rae]sagium futurorum.
Dum id navigium veniret
bucentorum p[er] canale s[an]c[t]i geor
gii de allega venet[iarum] remigio
duceretur, in siccum taliter
devinctus fuit missum, q[uod] in
de nec ingenio nec viribus po
tuit removeri. Oportuit aut[em]
si d[ic]t[u]m d[omi]n[u]m marinu[m] faletro
voluerit venetias conducere, q[uod]
ipe dux marinus [et] q[ui] cu[m] eo
erant de bucentorio descende
rent, [et] intrarent plathas du
cales cum quib[us] venerunt
venet[ias], [et] ip[su]m d[omi]n[u]m marinu[m]
faletro electum ducem vene
tiar[um] i[n] suum ducale pala
ciu[m] cum honore maximo posue
runt.

Hic princeps [et] dux venetor[um]
stetit in ducatu duob[us] annis vel
circa in quib[us] cum contra statu[m]
ducale venetor[um] tractaret.
p[er] quedam bestiam[ ] pelypa
rium fuit discopertus. Et re
pertis culpabilis cum suis se
quacibus fuit capite detrun
catus [et] sepultus in monaste
rio s[an]c[t]or[um] johanis [et] pauli no
cum debito honore.

Dominus johannes gradom
co cognominatus nasso
nus p[er] nobiles senatus
nobilium venetor[um] fuit elect[us]
dux inclite civitatis venet[iarum].
anno nativit[atis] d[omi]ni n[ost]ri yhu x[pi]
Millo trecentessimo quinquage
ssimo quinto.

Hic princeps illustrissimus erat
antiquus sed sapientissimus.
vixit in ducatu anno uno cum
dimidio vel circa, quo elapso
obiit [et] i[n] capl[it]o fratrum minor[um] cum
honore maximo fuit sepultus.

Dominus johannes delphi
no procurator s[an]c[t]i marci

per nobiles senatus nobilium venetorum
electus fuit dux incliti civitatis ve
netiarum. Anno nat. dni nri yhu xpi
Millo trecentessimo quinquagesimo
septimo.
Huius illustrissimi principis tpe civi
tas jadrensis in dalmatia cetisia
vice rebellavit .s. d. dnio Vener.
Hic dux illustrissimus vixit in ducatu
annis quinque post quos migravit ad
dnm et in eclia scorum Johis et pauli fu
it honorifice tumulatus.

Dominus laurentius celsi per
nobiles senatus nobilium
venetorum ipo ente capitanio
generali culphi fuit electus dux incli
te civitatis Vener. ano nat. dni
nri ihu xpi Millo trecentessimo se
xagessimo pmo.
Sub hoc illo principe rebellavit civi
tas candie in insule crete .s. d. dnio
Vener. Contra quam missus fuit
generosus miles dns luchinus del
verme veronensis capit. generalis
cu potenti exercitu navium galea
rum et armator. Qui capit.
valorosus eandem civitatem rebellem
et insulam prdictam ad obediam redu
xit .s. dnii Vener. sui dni consueti.
Hic illustrissimus princeps vixit
in ducatu annis tribus mesibz
decem vel circa. quibus transactis
obiit et cum honore magno in ecle
sia sce marie de la celestria fuit
sepultus.

Dominus Marcus cornario mi
les per nobiles senatus nobi
lium venetorum electus fuit
dux incliti civitatis Vener. ano
nativitatis dni nri yhu xpi Mile
simo trecentessimo sexagesimo quinto.
Hic princeps illustrissimus vixit
in ducatu annis duobus mes. octo.
Quibus transactis obiit et sepul
tus fuit cum honore maximo
in eclia scorum Johannis et pauli or
dinis predicatorum.

Dominus Andreas contareno
procurator sancti marci
per nobiles senatus nobilium
venetorum electus fuit dux incliti
civitatis Vener. anno nat. dni
nostri yhu xpi Millessimo trece
tessimo sexagessimo octavo.
Hic illustrissimus princeps ante
electione de eo factam aufugit
de civitate Vener. et se abscondit
ne in ducem eligeretur. Reduc
tus autem Venetias suasione amicorum
et attinentium ut supra fuit
electus in ducem incliti civi
tatis Vener. Guerra Januensium.

Huius antescripti illustrissimi princi
pis tempore mota est maxima guerra
contra civitatem Veneciarum instiga
tione domini Francisci de Carraria se
nioris domini Padue, per mare per
Ianuenses, et pro terra domini Francis
cum de Carraria predictum, contra
civitatem Tarvisii que erat se
renissimi ducalis dominii Venet.
Quas aggressiones cernens illu
strissima dominatio Venet. dubi
tans se non posse resistere exer
citui maritimo et terrestri vo
lens potius attendere mari quam
terre donavit Tarvisium duci
Austrie Teotonico ne incideret
in manus dicti domini Francisci de Car
raria sui capitalis inimici.
Qui duces immemores benefi
cii sibi facti, ipsam civitatem
Tarvisii cum suo districtu dicto
domino Francisco de Carraria ven
diderunt. Qui ipsam civitatem
tenuit circha annos quinque
continuo bellans contra inclitum
statum fortissimum prefati illustrissi
mi ducalis dominii Venet. Ianuen
ses autem ex alia parte debellabant
per mare et occupaverunt multas
civitates usque Clugiam Ponciam
et Mathemaucum, quas civitates
consumpserunt igne. Confor
tato autem eodem illustrissimo
principe per visionem beatissimi
evangeliste sancti Marci qui
apparuit eidem illustrissimo prin
cipi in camera sua plangenti
et valde conquerenti pro infelici
statu dominii Venet., et omnia ar
suppliciter altissimo oratori
ut succurreret civitati Venecia
rum in tanto periculo existenti,
et precepit eidem domino duci ut
galeas ascenderet et iret viril
ter contra inimicos existentes
in Clugia quia de ipsis reporta

ret victoriam et triumphum. Qui
dominus dux habito dicto omnino pre
cepto convocari fecit consilium
nobilium Venetorum. In quo con
silio facta expositione per ipsum
dominum ducem eorum que viderat
in sompnis et audiverat et que ei
preceperat sanctus Marcus pro
defensione alme civitatis Venet.
Per ipsum consilium nobilium Vene
torum ipse princeps illustrissimus
electus fuit capitaneus generalis
armate maritime fiende contra
Ianuenses et contra alios inimicos
status illustrissimi dominii Veneto
rum. Qui dominus dux cum ga
leis armatis in Venecias et cum
galeis quibus preerat strenuus
dominus Victor Pisanus. Ac cum galeis
deputatis ad custodiam maris
sub regimine generosi domini Ka
roli Geno quieti dimittens eius
sua armata, ad armatam ipsius
illustrissimi principis Venet.
aggressus viriliter armatam
Ianuensium in Clugiam et alibi
ubi dicta eorum armata erat exten
sa, ipsam armatam inimicorum
devicit et dispersit. Cepitque om
nes galeas inimicorum et ipsos obse
dit in Clugia, ipsosque omnes inimi
cos ceperunt et eos remittente
Venet. carceribus mancipavit
de omnibus inimicis maritimis
et de civitate Clugie recuperata
rediens Venecias honorifice
triumphavit.

Postea vero contra dominum Francis
cum de Carraria seniorem, qui civita
tem Tarvisii pecunia a ducibus
Austrie fraudulenter acceperat
procedens, viriliter civitatem
ipsam et suum districtum ab an
tiquo rehabuit, cum maximo
dedecore dicti domini Francisci
de Carraria senioris, qui cap

tus in castro Tarvisii ductus
fuit captivus ad Furnos Mo
detie in Lombardia in quibus
miserabiliter suam vitam fi
nivit.

Hic princeps illustrissimus vi
xit in ducatu annis quatuor
decim cum dimidio, quibus
finitis de hoc seculo ad aliud
transmigravit, et cum hono
re maximo sepultus fuit in
ecclesia sancti Stephani fratrum
heremitarum.

Dominus Michael Mau
roceno per nobiles sena
tus nobilium Venetorum
electus fuit dux inclite civi
tatis Venet. Anno nativi
tatis domini nostri Yhesu Christi milles
simo trecentesimo octuages
simo secundo.

Hic princeps illustrissimus
ditissimus fuit. Vixit in du
catu mensibus quatuor
et diebus quinque. Qui de hoc
seculo ad aliud transmigrans
sepultus fuit cum honore
maximo in ecclesia sanctorum
Iohannis et Pauli fratrum
predicatorum.

Dominus Anthonius
Venerio existens capi
taneus in insule Crete per
nobiles senatus nobilium Ve
netorum electus fuit dux incli
te civitatis Venet. anno nati
vitatis domini nostri Yhesu Christi mille
simo trecentesimo octuages
simo secundo.

Huius illustrissimi principis toto
tempore pax viguit in omnibus
terris et locis illustrissimi du
calis dominii Venetorum.

Hic princeps illustrissimus vixit
feliciter in ducatu annis decem
et octo, quibus transactis de hac
vita finivit, et in ecclesia sanctorum
Iohannis et Pauli ordinis fratrum
predicatorum fuit cum honore
maximo tumulatus.

Dominus Michael Steno
procurator sancti Marci per
nobiles senatus nobilium
Venetorum electus fuit dux in
clite civitatis Venet. anno na
tivitatis domini nostri Yhesu Christi mil
lesimo quadringentesimo, quo

anno Illustrissimus dominus Johannes Galeaz dux Mediolani devictis comitibus de hoc seculo ad aliud transmigravit de mense augusti.

Tempore istius illustrissimi principis obtenta fuit civitas Vincencie. In millesimo quadringentesimo tercio se sponte data et recommendata illustrissimo dominio Venetorum. Item in millesimo quadringentesimo quarto per vim obtente fuerunt sub eodem illustrissimo dominio Venetorum civitates Verone, Feltri et civitas Belluni et castrum Bassiani et alia plura castra et loca montanearum circumstancium. Item sub eodem illustrissimo domino duce in millesimo quadringentesimo quadragesimo quinto habita fuit per vim civitas Padue captis eiusdem civitatis domino et filiis et in carceribus Veneciarum deductis. Item huius illustrissimi principis tempore scilicet in millesimo quadringentesimo nono empta fuit civitas Jadrensis in Dalmatia a serenissimo Ladislao rege Apulie pro ducatis sexaginta milibus auri.

Huius illustrissimi principis tempore descenderunt gentes Vandalice scilicet Ungarice in quantitate maxima in marchiam Trivisinam ad dampna terrarum et locorum serenissimi ducalis dominii Venetorum in millesimo quadringentesimo undecimo de mense novembri. Que gentes Ungarice plurima dampna fecerunt locis subditis illustrissimi dominii Venetorum et occupaverunt plura castra sue servitutis.

Sub hoc illustrissimo principe capta fuit per vim civitas Sibinici in Dalmatia anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi millesimo quadringentesimo duodecimo.

Gentes autem Ungarice supradicte post modicum tempus earum egressus in marchiam Trivisinam recuperatis terris castris et locis per eas gentes Ungaricas occupatis non semel sed pluries conflicte in diversis locis ab exercitibus Venetorum cum maximo dampno et dedecore ad partes Ungaricas redierunt.

Hic princeps illustrissimus stetit in ducatu annis quatuordecim quibus elapsis obiit et in ecclesia sancte Marine fuit cum honore maximo tumulatus.

Dominus Thomas Mocenigo procurator sancti Marci existens in civitate Cremone ambasiator illustrissimi dominii Venetorum ad illustrissimum Sigismundum imperatorem Romanorum, electus fuit dux inclite civitatis Veneciarum per nobiles senatus nobilium Venetorum anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi Millesimo quadringentesimo quarto decimo.

Huius illustrissimi principis tempore anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi Millesimo quadringentesimo vigesimo recuperate fuerunt civitates et castra aliqua per gentes Ungaricas occupata scilicet Feltrum, civitas Bellunum, Serravallum, Motta, Opitergium, Cividignanum, Vallis Marina et alia loca omnia que gentes Ungarice aliqualiter occupaverant. Item civitas Utini cum

~: toto :~

toto Foroiulio. Item in eodem millesimo in Dalmatia per vim acquisite fuerunt hee civitates videlicet Traguirium, Spaletum, Lesina, Brazula. Item civitas Cattari sponte et voluntarie se recommendavit et voluntarie se subiecit illustrissimo ducali dominio Venetorum in dicto millesimo.

Hic princeps illustrissimus vixit in ducatu annis decem quibus transactis de hoc seculo ad aliud transmigravit et in ecclesia sanctorum Johannis et Pauli fuit cum honore et reverentia tumulatus.

Rebelliones civitatis Jadrensis

Quia vero sub ante scriptis illustrissimis ducibus principibus inclite civitatis Veneciarum facta est mencio de ultima recuperatione civitatis Jadre et aliarum civitatum et locorum Dalmatie pro faciliori recordatione rebellionum et recuperationum civitatis Jadrensis hic breviter scribam tempus receptionis dicte civitatis sub serenissimo ducali dominio Veneciarum et tempora rebellationis et recuperationis ipsius.

Civitas Jadrensis in Dalmatia anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi nongentesimo nonagesimo octavo sub ducatu illustrissimi principis domini Petri Urseolo incliti ducis Veneciarum cum libertate propria se recommendavit et subiecit illustrissimo dominio Venetiarum.

Eadem civitas Jadrensis sub ducatu illustrissimi principis domini Dominici Contareno incliti ducis Venetiarum rebellavit illustrissimo ducali dominio Veneciarum prima vice anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi Millesimo quadragesimo. Que civitas eodem anno et sub eodem duce vi armorum extracta fuit de manibus regis Croacie cui se subiecerat et reducta sub obediencia serenissimi ducalis dominii Venetorum.

Predicta civitas Jadrensis sub ducatu illustrissimi principis domini Ordelaphi Phaletro incliti ducis Venetiarum rebellavit secundario illustrissimo ducali dominio Veneciarum anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi millesimo centesimo undecimo et se subiecit regno Ungarico. Que civitas tempore dicti serenissimi principis fuit recuperata anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi Millesimo centesimo quinto decimo.

Ipsa met civitas sub ducatu illustrissimi domini Vitalis Michael incliti ducis Veneciarum rebellavit tercia vice serenissimo ducali dominio Veneciarum anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi Millesimo centesimo septuagesimo et se subiecit domino archiepiscopo Jadrensi. Sed eodem anno sub eodem domino duce vi armorum fuit recuperata.

Retracta civitas Jadrensis sub ducatu illustrissimi principis domini Aurei Mastropetro rebellavit quarta vice serenissimo ducali dominio Veneciarum et se subiecit regi Ungarie anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi Millesimo centesimo octuagesimo sexto. Et anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi millesimo ducentesimo secundo sub ducatu illustrissimi principis domini Henrici Dandulo incliti ducis Veneciarum qui personaliter ivit contra civitatem prefatam fuit viriliter recuperata.

Antedicta Jadrensis civitas sub ducatu illustrissimi principis domini Jacobi Teupulo incliti ducis Veneciarum quinta vice rebellavit serenissimo ducali dominio Veneciarum et se subiecit dominio regis Ungarie anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi Millesimo ducentesimo quadragesimo secundo. Que civitas sub eodem domino duce anno nativitatis domini nostri Millesimo ducentesimo quadragesimo tercio vi armorum fuit recuperata. Et nota quod anno nativitatis domini nostri Yhesu Christi millesimo

ducentessimo quadragesimo quarto
ad illustrissimum regem ungarie per
illustrissimum dominium venetorum et per
senatum nobilium venetorum
destinati fuerunt duo nobilis-
simi oratores. videlicet dominus stephanus
iustiniano et dominus petrus dandu-
lo. Qui ab ipso domino rege ungari-
e per patens privilegium sua pen-
dente bulla aurea confirmationem
obtinuerunt confirmatione do-
minii civitatis jadrensis et to-
tius dalmatie.

Suprascripta civitas dalmatie
sub ducatu illustrissimi princi-
pis domini petri gradonico incli-
ti ducis venetorum sexta vice re-
bellavit a dicto domino venetorum
nulli se subiciendo sed per se ipsam
regendo anno nativitatis domini nostri yhesu
christi millo trecentessimo decimo.
Et anno nativitatis domini nostri yhesu christi
millo trecentessimo decimo octavo
regente ducatum venetorum illustris-
simo principe domino petro superan-
tio dicta civitas jadrensis vi
armorum fuit recuperata.

Prelibata civitas jadrensis sub
ducatu illustrissimi principis
domini andree dandulo incliti
ducis venetorum rebellavit septi-
ma vice a dicto domino venetorum.
anno nativitatis domini nostri yhesu christi
millo trecentessimo quadra-
gessimo quarto et regno un-
garico se subiecit. Et anno
nativitatis domini nostri yhesu christi millo
trecentessimo quadragessimo
sexto per obsidionem continuam fuit
viriliter recuperata.

Sepedicta civitas jadrensis sub
ducatu illustrissimi principis
domini johannis delphino incliti
ducis venetorum rebellavit octa-
va vice a dicto domino venetorum et
se subiecit regi ungarie anno
nativitatis domini nostri yhesu christi millo tre-
centessimo septimo. Et hec
fuit octava rebellio ipsius civi-
tatis. Que recuperari non po-
tuit nisi sub ducatu illustris-
simi principis domini michaelis
steno incliti ducis venetorum. Qui
anno nativitatis domini nostri yhesu christi
millo quadragentessimo nono
die ultimo mensis augusti obtinuit
dominium ipsius civitatis jadrensis
empte precio a serenissimo rege
ladislao dei gratia rege sicilie
yerusalem ungarie dalmatie
atque croatie etc.

Dominus franciscus foscari
procurator sancti marci per
nobiles senatus nobilium
venetorum electus fuit dux incli-
te civitatis venetorum anno nativitatis
domini nostri yhesu christi millo quadrage-
tessimo vigesimo tertio.

Huius illustrissimi principis tempore amis-
sa fuit civitas salonichi in grecia
acquisita tempore domini thome mo-
cenigo predecessoris sui. Primo sub-
iugata per imperatorem teucrorum qui per-
sonaliter cum innumerabili exercitu ve-
nit contra civitatem predictam.

Tempore huius illustrissimi principis
de MCCCCXXV. cum auxilio consilio
et subsidio venetorum liberata fuit
civitas florentie ab obsidione gua-
ralium [?] tuscie ab obsidione
illustris philippi marie ducis me-
diolani obsessa liberatione sub

orta est guerra inter predictum ducem
mediolani et illustrissimum dominium ve-
netorum.

Huius illustrissimi principis tempore de MCCCC
XXVI. comes franciscus carma-
gnola capitaneus dicti ducis mediolani
aufugit ab eo et venit venetias et fac-
tus fuit capitaneus exercitus venetorum
contra ipsum ducem mediolani.

Sub hoc illustrissimo principe acqui-
site fuerunt civitas brixie et civi-
tas pergami et multa castella in
lombardia.

Huius illustrissimi principis tempore facta
fuit colligatio inter illustrissimum
dominium venetorum ducem sabaudie et
comunitatem florentie et marchionem fer-
rarie et mantue.

Tempore huius illustrissimi principis tem-
pore de MCCCCXXX. obiit papa
martinus quintus cuius loco fuit elec-
tus dominus gabriel condolmario venetus
cardinalis. Et confirmatus papa
vocatus fuit eugenius quartus.

Huius illustrissimi principis tempore decapi-
tatus fuit inter duas columpnas
magnas platee sancti marci predictus
comes carmagnola propter demerita sua.

Marchio mantuanus fuit loco sui sub-
rogatus capitaneus exercitus ve-
netorum in lombardia. Qui post
pauca facta renuntiavit dicte capi-
taneatie se adherens duci medio-
lani contraque guerizabat.

Magnificus gattamellata loco ipsius
creatus fuit capitaneus generalis illus-
trissimi dominii venetorum qui post
magnifica gesta in lombardia
migravit ad dominum fultus virilita-
te et magna fidelitate et sepultus fu-
it honorabiliter in venetiis in eclesia
fratrum minorum titulata sancte marie.

Eodem tempore conductus fuit in lombar-
dia comes franciscus sfortie capitaneus
generalis colligationis predicte contra
ducem mediolani per passus fe-
rarienses sibi datos per marchionem
estensem. Obquam causam illustris-
sima ducatio venetorum sibi donavit
pollicinum quod tenebat in pignus
ab eo.

Huius illustrissimi principis tempore amis-
sa fuit civitas verone per unam cittatelle
per quam proditorie intravit mar-
chio mantue. Nicolaus piccininus
capitaneus exercitus ducis mediolani
et ludovicus del verme qui in capite
trium dierum cum vituperio magno
inde fuerunt expulsi per ipsum co-
mitem franciscum sfortiam quod vero-
nam intravit cum gentibus suis
per castra ipsius civitatis que pro
illustrissimo dominio venetorum tenebantur.

Sub hoc illustrissimo principe congregatus
fuit in lacum garde notabile exer-
citum galearum portatum illuc de
venetiis per altissimos montes contra
navale exercitum ducis mediolani.
Et per dominum stephanum contarino
capitaneum galearum venetorum conflicta
fuit armata ducis mediolani et
recuperata omnia castra et fortilicia
dicti lacus amissa. Ac acquisitum
fuit castrum pescherie fortissi-
mum domini mantuani et castrum ri-
perie tridenti per prelibatum dominum ste-
phanum contarino.

Post hec pax firmata fuit pax inter
illustrissimum dominium venetorum et du-
cem mediolani per comitem franciscum
sfortie prelibatum qui pro sancte
dictam pacem tanquam mediator
habuit uxorem dominam blancham filiam
naturalem domini ducis mediolani et in
dotem ipsius civitatem cremone.

Sub hoc illustrissimo principe re-
ducta est civitas ravene sub se-
renissimo domino venetorum.

Post dictam pacem ut supra firmam inter
illustrissimum dominium venetorum et dominum
ducem mediolani predictus comes fran-
ciscus sfortie cum prefata eius uxore

uit ad marchiam anchonitanam
ubi dominabatur in parte.

Huius eodem tempore electus fuit dominus
michaletus de cotignola capitaneus
generalis exercitus illustris dominii vene
torum in lombardia.

Huius illustrissimi principis tempore de
MCCCCXLVII. obiit d. philippus
maria dux mediolani. cuius
obitum dissoluta fuit colligatio
venetorum et florentinorum vicecomitis
remanserunt in libertate sua.

Mortuo dicto domino duce mediolani illu
strissimum dominium venetorum procura
bat cum gentibus suis confederationem
cum mediolanensibus ut libertatem re
tinerent. Et ipsi ingrati ceperunt
guerreare contra dominium venetorum
vocantes in suum subsidium quos po
tuerunt et maxime comitem franciscum
sfortie scilicet ...

Idem comes franciscus sfortie stans
in lombardia cum gentibus suis fe
cit tale opus contra cum populo
minuti mediolani obtinuit dominium
dicte civitatis de MCCCCL.

Huius illustrissimi principis tempore de an
no MCCCCXLVIII dominus rex aragonum
et regni sicilie diffidavit illustrissi
mum ducale dominium venetorum.

Tempore huius illustrissimi principis de
anno MCCCCXLVII obiit papa euge
nius quartus. cuius loco fuit electus
dominus thomasius de sarzana cognomi
natus dominus papa nicolaus quintus.

Sub hoc illustrissimo tempore quo dominus
philipus maria dux mediolani
dominabatur civitati ianue missa
fuit armata maritima venetorum tri
ginta sex galearum que totam ripe
riam ianue devastavit.

Huius illustrissimi principis tempore magi
ster suprascriptus dominus arminius cava
lus fuit capitaneus terrestris exer
citus venetorum qui acquisivit
cremam et carovagium.

Tempore huius illustrissimi principis
anno diffidationis regis arago
num armata maritima venetorum
navium et galearum discurrit mariam
sicilie et apulie dampna plurima
contra naves et navigia regis arago
num faciendo.

Incipit liber descriptionis terre sancte Ierosolimitane editus per fratrem Borgardum de monte Syon multum realis et utilis in quo legens quisque ad devotionem poterit incitari. Prologus.

Dilectissimo in Christo Ihesu patri et fratri Ioachino lectori fratrum ordinis predicatorum in Madeburch, frater Borgardus de monte Syon eiusdem ordinis cum omni devotione orationes in domino Ihesu Christo. // Quid nobis dicam seu scribam frater carissime non invenio. Deficit stillus, languet ingenium. Os enarrare non sufficit que bona dominus michi contulit, qui in omnibus meum desiderium adimplevit. // Ecce loca omnia sancta, terram sanctam, quam universe ecclesie nocte dieque sonare non sufficiunt, nec desinunt pedibus calcare, nec oculis videre, nec manibus attrectare, michi concessit bonus ille Ihesus, qui eam inhabitando verbo et doctrina illuminando illuminatam suo sacratissimo sanguine consecravit. // Certe delectabile est ad hanc terram aspirare. Delectabilius est eam visitare. Sed super mel et favum dulcissimum est in eam commorari, et eam oculis corporeis intueri, et mentis intuitu revellare quo in locis singulis dominus noster Ihesus Christus est operatus salutem in medio. // Venerabantur ibi quondam iudei sancta sanctorum. Quia ibi erat archa testamenti. Cherubin propiciatorium. Urna aurea continens in se manna. Virga Aaron. Nonne venerabilius est dulce Ihesu sepulcrum, quod quotiens quis ingreditur totiens videt oculis mentis Ihesum sindone involutum. Et paulatim procedens videt lapidem revolutum et angelum sedentem in eo et sudarium ostendentem. // Quis ad hanc terram totis desideriis non hanelat? Quis christianus ut relictis omnibus que habet cum parentibus et amicis concito gradu posteriorum oblitus in anteriora se extendat ut veniat Bethleem, videns ibi puerum Ihesum in presepio vagientem. Mariam in diversorio sub rupe cavata parturientem. Angelos deo gloriam et pacem hominibus decantantes. Et super plurimum est mirandum quod illi tres reges maiestate preclara ante presepe cornuat non habentes tectum desuper, ut hodie cernitur, nisi rupem devote pendentem. // Veniat post hec in Ierusalem et videat in templo Ihesum predicantem turbas docentem, in monte Oliveti sedentem, in monte Syon cenantem, discipulorum pedes lavantem, corpus suum pro nobis tradentem, in Gethsemani orantem, sudore sanguineo fluentem, traditorem osculantem, captum, illusum, consputum, iudicatum, crucem baiulantem, sub pondere crucis in porta civitatis, ut hodie cernitur, deficientem, Calvarie succedentem, in Calvarie passionis misteria pro nobis celebrantem. // Omnium horum locorum et singulorum ad hec ita plena est memoria sicut illo tempore extitit quando presentialiter erat facta. // Certe in hac urbe tot sunt loca passionis domini et facta venerabilia, quod nullo modo dies sufficiat ad peregrinandum. Sunt propterea que devotionem excitant ampliorem. // Quis enim enarrare potest quot monachi, quot moniales, exceptis aliis christianis, de Georgia, Armenia, Caldea, India, Nubia, Syria, Ethiopia, nunc terminatim conteri, dicentem, plus et minus

discurrentes per loca singula in spiritu
vehementi osculantur terram, am-
plectuntur loca in quibus dulcem Ihesum
stetisse vel sedisse vel aliud quid ege-
se audierunt. Nunc tundunt pectus,
nunc fletus, nunc gemitus, nunc
suspiria emittentes gestu corporis
et devotionis que foris ostendunt
absque dubio intus habent, in lacrimas
provocant plerumque etiam Saracenos.
Ecce vadit Deus. Video siquidem
veteres historias, Abraham, Caldeam,
Roboth, campum Sennaar et civitatem
provincie Babilonis relinquentem
dominum patris, egredientem terram
nativitatis sue et dimittentem
ad hanc terram sanctam anhelantem.
Inter Bethel et Hay, in Bersabee et Gera-
ris et in Hebron tabernacula figentem.
Video Ezechielem descendentem
flumina Babilonis super que sedit
in medio captivorum, et Ieremiam
in Syon inter ruinas Ierusalem capil-
lo capitis sublevatum eiulatibus
consolantem. Quid dicam de
Maria virgine gloriosa que postquam
facta est ei angelica missio licet
iam sciret utero suo tabernaculum
Dei non est contenta campestribus
Galilee, sed statim montana con-
scendit volens sanctioribus pro-
pinquare. Quid de patriar-
chis Iacob, Ioseph et fratribus
suis qui vivi in hac terra esse non
potuerunt elegerunt in ea mor-
tui sepeliri. Quid plura? Tar-
ditatem ingemisco christianorum nostri
temporis qui tot exempla haben-
tes tardi sunt de manu inimicorum
eruere terram quam consecravit
suo sacro sanguine dominus Ihesus Christus.
Verum quia vos devotionis
affectu eam saltem aliquantulum
per ymaginationem desideratis vide-
re, per loca distinctam non potestis
corporaliter intueri, obediens ve-
re petitioni et petitioni acquiescens, ut
vobis ipsam terram et situm eius
describerem, licet sit difficile, tamen
vestre dilectionis intuitu aggredior
quod mandastis. Hec omnia sciatis
quod nichil in hac descriptione scribam
nisi presentialiter in loco eram, vel
stetis in montibus aliquibus. Ubi
autem opportunum ascensum habere
non potui, a Sarracenis et Syrianis
et aliis terre habitatoribus
diligentissime requisivi quod
querebam in notum. Totam
enim terram a Dan usque Bersabee
vel pedibus ambulavi vel oculis
diligentissime consideravi. Ad-
vertens autem diligentissime
quomodo hec omnia scribere possem
ita ut legentibus possent intel-
ligi et ymaginatione facilius com-
prehendi, cogitavi centrum aliquod
in ipsa terra collocare et circa illud
totam terram modo debito ordi-
nare. Et ad hoc elegi civita-
tem Akonensem, licet non sit
in medio terre, et ab ea protraxi
lineas ad decem plagas mundi et
quamlibet quartam divisi in tria,
ut responderent novem ventis.

De civitate Achonensi dicta Actis. ii

Primo ergo descriptionis
initium a civitate aggre-
diar Akonensi. Unde sci-
re debetis quod hec civitas nun-
quam fuit a terra sancta obsessa
per filios Israel licet tribu
Asser in distributione terre fuerit
assignata. Est autem in provin-
cia Fenicis sita eadem civitas Ako-
nensis, que lingua moderna dicitur
Acon, et est valde munita turri-
bus et muris fortissimis. Iuxta
angulum huius figuram ut clipeus.
Cuius due partes ambiuntur a
mari, tertiam campus respiciens
eam circumdat, huius latitudinis
duas leucas et plus in aliquibus
partibus. Fertilis est tam in aquis
quam in piscibus et etiam in ortis
et gardinis in quibus fructus di-
versi generis reperiuntur. Et
est civitas ista multum militia
munita et castris fortissimis scilicet
castro regis et ordinum templariorum,
hospitalariorum, que etiam, si pla-
ceret Domino, possent expugna-
re omnes Sarracenos.

De puteo mirabili aquarum viventium. iii

Procedentibus de Akon
directe via aquilonis per
septem leucas occurrit ille
mirabilis puteus aquarum vi-
ventium iuxta viam presentem Thy-
rum admirabili opere constructus.
Quamvis autem singulariter
dicatur puteus, non est tamen
unus sed tres sicut eiusdem
structure et dispositionis, sed
non eiusdem quantitatis. Unus
enim eorum qui principalis est
quadraginta cubitos in altitu-
dine et latitudine. Alii autem
duo viginti quinque. Quadrati
sunt omnes, et muros fortissimos
de lapidibus maximis et fortis-
simis, et exaltatur quod ad omnem
partem aqua defluit ultra
muros. Et dividitur per ra-
tiones et aqua ita ducitur per
omnem planitiem Tyri. Et irri-
gantur de aqua ista gardini,
orti et vinee et fistula et zolme-
ta et canna mellis in qua zuccara
crescit. Que in tanta quanti-
tate crescunt in partibus illis
quod dominus Tyri ut dicitur omni anno re-
cipit inde redditus centum milium
bisanciorum aureorum. Distant illi
fontes a mari magno in modico
amplius quam iactus arcus. Et in
isto modico spatio pellunt qua-
tuor rotas molendini valde ma-
gnas et statim in mare fluunt.
Nec possit de facili comprehendi quan-
tas comoditates prestant in
collis fontes isti.

De nobili civitate Tirensi. iiii

De fontibus istis ad unam
leucam est civitas Tyrus
Tyrus nobilissima sicut
dictum est de Achon contra aqui-
lonem sita. De qua dictum primo parum
scribo, quia Ezechiel et alii pro-
phete de ea plurimum conscripserunt.
Est autem valde capax mi-
norum ambitu in rupe durissima
in corde maris sita, undique mari
circumdata, nisi ante contra orientem

Ubi nabucodonosor rex primo et postea alexander fecerunt aggerem terre vix ad iactum lapidis. Ubi tunc facta est triplici muro fortissimo et ad triginta quinque pedes spisso. Qui etiam muri sunt muniti duodecim turribus fortissimis. Quibus etiam turribus continuatur arx munitissima huius quinque turres fortissimas quas expugnare merito totus mundus. Quibus turribus in omnibus mundi partibus me non vidisse recollo firmiores. Multe sunt in ea civitate sanctorum reliquie. Origenes ibi sepultus est. Et sunt ibi columpne marmoree ita magne quod stupor est eas videre.

De loco predicationis yhesu. v

Ante portum eiusdem civitatis in australem ad iactum ad duas sagittas ostenditur locus predicationis yhesu. Ubi mulier extollit vocem de turba dicens: Beatus venter qui te portavit etc. Et lapis in quo predicans stetit yhesus. Qui locus numquam operitur harena licet arena illa levis sit et volatilis sicut apud nos nives moti ipsius venti in hieme volare solent et tumulos magnos facere. Iste autem locus in medio arenarum semper viridis remanet in hieme et in estate. Et tamen ibidem locus modicus magis viridis est et herbosus ubi mulier illa dicitur sedisse que extollit vocem de turba.

De civitate sarepta sidonis. vi

Tyro ad quatuor leucas est sarepta sidonis in littore maris ante cuius portum ostenditur locus ubi helias propheta venit ad viduam sareptanam. Deinde est quedam domus hedificata ubi filium eiusdem vidue suscitavit. Et ibi est cenaculum ubi mansit helias.

De sidone quondam magna civitate. vii

De sarepta ad duas leucas est sidon civitas quondam magna cuius ruine adhuc eius magnitudinem attestantur quod etiam vix crederetur si scriberetur. Est tamen de ipsius ruinis alia modica civitas hedificata bene munita sed defensores habet. Et est fere tota in corde maris sita. Huius hinc et inde duo castra bene munita. Unum in colle contra campum et aliud in rupe quadam in corde maris quod hedificaverunt ibidem theotonici peregrini. Et modo omnia ista cum terra adiacente sub dominio sunt militie templi. Terra fertilis est et amena habundans omnibus bonis et aere sanissimo et non vidi locum in terra ibi michi magis placentem

De antilibano civitate. viii

Antilibanus civitas distat ab ista per leucam et dimidiam. Et ibi habetur delicatissimum vinum de quo dicit propheta. Memoriale tuum ut vinum libani.

Loca ubi dominus noster yhesus christus locutus est cum muliere. viiii

Ante portum sidonis ostenditur una capella in quo loco locutus est dominus cum muliere cananee. Et filiam eius sanavit in via que ducit cesaream philippi et tyrum eam

De civitate beritho. x

Ultra sidonem ad novem leucas est civitas nobilis valde antiqua berithus dicta ubi etiam dicitur dominum predicasse. Ubi etiam iudei eius ymaginem illudentes et eam de pasta facta crucifigentes dicuntur sanguinem in magna quantitate miraculose sudasse que etiam in magna veneratione habetur per totum orbem. Hinc usque contra partes aquilonis processi. Cetera loca usque in leodicam non vidi. Sed ex relatione multorum didici esse ibi nobiles civitates quas christiani incolunt in littore maris sitas.

De castello et tripoli civitatibus. xi

Et primo post berithum est castellethi que ezechiel ubi de thiro agitur biblium appellavit. Deinde ad novem miliaria est tripolis

ciuitas nobilis et munitissima sic
thirus. habundans temporibus eius
per vineas et aliis comoditatibus
in omnibus bonis mundi.

De fonte ortorum qui fluit cum impetu de libano — xii

Iuxta hac ciuitate est fons
ortorum fluens cum impe
tu de libano, qui amenitate
sua irrigat mirabiliter totam
terram. Iuxta hanc et in ipso litore
maris de medio aquarum eius
erumpit fons dulcis et bonus val
de, de quo hauriunt aquam ciues illi.

De leodicia ciuitate — xiii

Leodicia est nobilis et ma
xima ciuitas que temporibus
christianorum et saracenorum detur
rimis et structuris mirabilibus re
feruntur. Post hanc sequitur
celesiria in qua est antiochia.
Deinde armenia minor que et
cilicia siue licia vel arte lica
onia dicitur. In qua est metro
polis tharsis ciuitas de qua
fuit sanctus paulus. huius

que contra lineam aquilonis suf
flat processisse. Transeamus
iam versus oriente. Et in capite
ciuitate quasi a centro que
dicitur Iotapata.

De ciuitate Iotapata quam Iosephus muniuit — xiiii

In hac distinctione orienta
li cum aliis quas dimit
to Iotapata ciuitas quam
Iosephus murmurat contra roma
nos et in ea obsessus et captus
fuit sicut ipse testatur, et fuit
munita valde bene. Et videntur
eius ruine usque in presentem diem.
Ista ciuitas distat a thiro ad
decem leucas contra orientem sita.

De ciuitate ballena — xv

Deinde contra diam astum pro
cedendo ad sex leucas o
currit ballena ciuitas in
pede libani sita que prius leshem
dicebatur. Et cum esset pro
cul a sidone. Et hec fere ad
decem leucas et cum nomine quo
que hec societatis sita in regione

roob. Ceperunt enim filii dan et ap
pellauerunt eam dan nomine patris
sui. Unde sepe dicitur in scripturis
est omnis populus a dan usque ber
sabee. Postea philippus tetrar
cha appellauit eam cesarea phi
lippi in memoriam sui et in hono
rem tiberii cesaris. Dicta est etiam
panthenis [?].

De fontibus Iordanis — xvi

Deinde in decliuo montis la
teris libani oriuntur duo fon
tes Ior et Dan qui post mo
dicum spatium confluentes efficiunt
Iordanem fluuium qui post longos
circuitus in mare galilee ingredi
tur. Medio autem loco inter ma
re galilee et ciuitatem ballenam
Iordanis fluuius quandam val
lem ingreditur et in stagnum
colligitur quod dicitur ad aquas
meron. De hac Iosue legitur.
Hec aqua tempore estiuo pro maiori
parte exsiccatur. Et tunc sunt
ibi arbusta et herbe multum
dense. Et habitat ibi tunc
multitudo leonum et ursorum
et aprorum. Et sunt ibi ve
nationes regie.

De ciuitate cedes neptalim — xvii

Cedes neptalim de qua fu
it barach est ciuitas fu
gitiuorum nobilis valde
habundans omnibus bonis. In
ista autem ciuitate magne rui
ne ostenduntur et sepulcra glo
riosa antiquorum patrum.

De monte mense — xviii

Deinde ad duas leucas con
tra orientem super mare
galilee modico interual
lo est mons mensa in quo pauit
dominus quinque milia hominum et fecit
sermonem ad discipulos suos et de
scendens de monte curauit lepro
sum.

De tractu [?] regionis qua aque currunt. xviij

Regio que vocatur traconitidis pro eo quod terra illa circa aquis fluentibus caret et de aquis pluvialibus collectis per tractones in brechillibus et cisternis aquam de loco ad locum oportuerit portant et durant ut se et pecora sua potent.

De civitatibus naason et dothaym. xxi

Deinde ad austrum fere per duas leucas est naason civitas de qua legitur in Thobia. Et inde ad eandem plagam per duas leucas est dothaym opidum valde sub monte bethulie ubi ioseph invenit fratres suos et heliseus circumdatus est a siriis et duxit eos in medium civitatis samarie.

De quarta parte orientali --- xx

Huius principium statuimus a lioc incipit a karone et procedit directe contra ortum solis equinoctialem iuxta latus castri sedes sive saphet australe in pede montis qui vocatur mensa. In quo loco apparuit dominus septem discipulis piscantibus post resurrectionem eius. Procedendo igitur ab akarone per primam divisionem quarte partis orientalis ad quinque miliaria de achnon occurrit casale quoddam quod dicitur sanctus georgius. Ubi beatus georgius idem dicitur natus fuisse.

De civitate neptalim --- xxii

Deinde a naason ad duas leucas contra orientem. Et de dothaym fere ad tres leucas est neptalim civitas thobie nunc casale valde modicum. De neptalim ad duas leucas contra orientem super mare galilee est bethsaida civitas andree petri et philippi apostolorum. Inde ad duas leucas contra meridiem est magdalon castrum super mare galilee a quo maria magdalena oriunda est. Quod vidi et menum intravi.

Ubi dominus apparuit discipulis septem. xxiii

Bethsaida ad unam leucam contra orientem est locus ubi stetit iesus in litore maris quando dixit septem discipulis suis: pueri nunquid pulmentarium habetis. Cuius adhuc vestigia pedum in lapide ostenduntur. Et inde non ad medietatem iactus lapidis est est locus ubi viderunt prunas positas et piscem suppositum et panem. Et est in pede montis in quo pavit dominus quinque milia hominum et fecit sibi nomen et sanavit leprosum.

De capharnaum et corozaim civitatibus. xxiiii

De isto loco ad unam leucam et dimidiam contra orientem est capharnaum civitas quondam gloriosa cuius ruine adhuc ostendunt sed nunc est valde vilis ita ut vere impletum sit verbum ihesu christi: Et tu capharnaum si in celum ascenderis usque in infernum demergeris. De capharnaum ad duas leucas contra orientem iordanis fluvius intrat mare galilee. In cuius altero litore videntur adhuc ruine corozaim in litore maris galilee. In hoc loco incipit ascensus montis seir sive ydumee. De corozaim ad quattuor leucas contra orientem in monte seir est cedman civitas munitissima et quondam gloriosa.

De cana galilee et ydriis. xxv

In secunda divisione huius quarte partis orientalis post acharon ad quattuor leucas occurrit cana galilee ubi dominus aquam convertit in vinum et ostenditur usque hodie locus ubi steterunt ydrie et triclinium ubi erant mense. Sunt tamen hec loca sicut omnia loca terre sancte ubi legitur dominus aliqua operatus fuisse sub terra et descenditur ad ea interdum per multos gradus ut locus annunciationis et nativitatis domini. Et iste locus in galilea et fere cetera omnia alia terra sancta cuius non puto aliam esse causam nisi per frequentes destructiones ruine superius complanate. Et in cellulo christiani super vernacula in quibus hec vel hec acciderunt ea investigando intrant quantum post

De monte betulie --- xxvi

Deinde versus thiberiadem super montem dothaym est

mons bethulie ubi Judith occidit holofernem locus munitus valde sed parvus de structis. Vidi eciam ibi locum holofernis et vallem in qua iacuit Judith. Et quia in terram grauis/ et in bethuliam redeundo diligentissime investigavi. Mansi enim in dothaim una nocte. Deinde ad sex leucas super mare tiberiadis est civitas que olim genezareth dicebatur. Sed ab herode thetrarcha galilee tiberias est appellata in honorem tiberii cesaris. Est autem civitas magna valde et sunt ibi balnea medicinabilia in litore maris. Et est terra circa circumiens fertilis supra modum.

De civitate sephor nazareth xxvii

De Cana galilee ad duas leucas contra austrum est sephora civitas de qua natus est Joachim pater virginis marie natus fuisse. Inde fere ad duas leucas contra austrum sed aliquantulum declinando ad orientem est nazareth civitas illa dilecta civitas ubi flos florum de radice yesse pullulavit. Distat autem ab acharon per septem leucas. De nazareth ad tres leucas est mons thabor in quo transfiguratus est dominus ubi hodie ostenditur locus trium tabernaculorum. In pede eiusdem montis est locus ubi melchisedech occurrit abrahe a cede regum revertenti. In isto monte sunt

ruine magne palaciorum et edificiorum in quibus latitant leones et multe alie bestie. Est ibi regales venationes. In descensu eiusdem montis contra occidentem est una capella. Ubi dominus dixit. Nemini dixeritis visionem.

De torrente cison xxviii

In descensu eiusdem montis est torrens cison. Ubi barach pugnavit cum sisara. Ultra torrentem contra austrum sed aliquantulum ad orientem est mons hermonii modicus. Unde dicitur in psalmo. Hermon in latere. Super torrentem cyson est illa endor ubi ad instanciam saul regis ysrael phitonissa suscitavit samuhelem. Inde de nazareth ad quatuor leucas de monte thabor est mons hermon alter. In cuius latere aquilonari est civitas naim ubi suscitavit dominus extra portam filium vidue. A dymonis alio eodem extenditur contra orientem versus mare galilee fere ad quinque leucas. Et terminatur non longe ab illo loco ubi Jordanis mare ingreditur galilee.

De monte carmeli xxviiii

In tercia divisione huius quarte partis orientis de acharon ad quatuor leucas contra austrum est prima pars montis karmeli et locus ubi helias occidit sacerdotes baal in torrente cison in pede eiusdem montis. Postea ad tres leucas leucas est mons caim ubi lamech occidit caim. Post est mons mageddo ubi mortuus est ozochias rex iuda. Ubi eciam occisus est iosias rex iuda/a/ rege egipti. Huic loco adiacet campus magnus hesdrelon. Est autem in rei veritate campus iste planicies galilee que cingitur ab oriente mari galilee et Jordane. Ab austro monte effraim et samarie. Ab occidente parti monte effraim et parti monte carmello. Ab aquilone montibus phenicie qui pheniciam dividunt et galileam. Et habet longitudinem plane quinque milliaria teotonica vel amplius. Fertilis est super omnes bonitatem frumenti et omnium bonorum que ex gremio terre solet humus et terre pullulare. Utinam esset in manibus christianorum.

De sunam et bethphan civitatibus xxx

In latere montis hermon est civitas sunam de qua fuit sunamitis illa que suscepit heliseum in domo sua cuius filium suscitavit. Ubi eciam philistei castrametati sunt contra saul regem israel venit in gelboe. Unde fuit eciam sunamitis illa que calefecit david. Inter Jordanem et gelboe est civitas antiqua bethphasan. In cuius muro philistei suspenderunt corpus regis saulis et est locus deliciosus nimis. De bethphasan ad quatuor leucas in pede montis gelboe est fons israel ad quem philistim transtulerunt castra sua de sunam civitate. De isto fonte ad dimidiam leucam est israel civitas quondam regalis nunc vix habet viginti domos in pede orientalis montis gelboe sita. Ubi adhuc vidi agrum naboth israhelite.

De montibus gelboe et hermon xxxi

Mons hermon et mons gelboe ita sunt dispositi ut hermon sit ab aquilone et gelboe ab austro et in medio est planicies duarum leucarum lata et quatuor leucarum longa. Et procedit longitudo eius ab occidente in orientem. Et longitudo ab aquilone in austrum. In ista planicie sepe magni conflictus habiti sunt. Ibi enim gedeon superavit madianitas. Item saul

ibi superatus est a philisteis. Et ibi etiam nostris temporibus tartari cum sarracenis habuerunt conflictum valde magnum. In planicie eius principium vallis que dicitur illustris propter sui sterilitatem, et distenditur de fonte Israel usque ad planiciem Jericho ad finem Jordanis ad mare mortuum. Israel civitas est sita in pede occidentali montis Gelboe. Nec est verum quod dicitur de monte Gelboe quod in eo nec ros nec pluvia descendit. Quia cum in die sancti Martini, dum in novembri essem in valle Israel sub monte Gelboe, vidi pluviam super ipsum montem Gelboe magnam, cum etiam aque parum de ipso monte ad nos descenderunt. Verum est quod sterilis est petrosus et aridus sicut pene omnes montes Israel.

De Galilea et Samaria civitatibus. xxxi

Galilea fere tota est campestris, sed Samaria est omnino montuosa. Samaria civitas nunc Sebasten dicta quondam caput regni Israel, nunc suis peccatis exigentibus nec hominem habet domum, nisi tantum duas ecclesias in summitate montis, unam ubi quondam fuit palatium regium. In propria (?) ubi quondam dicitur decollatus Johannes baptista ab incolis (?) demonstrantibus carcerem signa dicunt. Tamen dictum Johannem baptistam decollatum in castro Macheronta quod est ultra Jordanem in terra Galaad scilicet duarum tribuum et dimidie. Et nichil omnino habuit Herodes potestatis in Samaria. Sederunt Judea et Samaria in procuratione Pilati. Secunda ecclesia est etiam in honorem sancti Johannis baptiste in qua sepultus fuit inter Heliseum et Abdiam. Vidi sepulcrum eius sed non intravi. Quia sarraceni servabant circa eum tales marmoreas ruinas quales non vidi in terra sancta, atamen multas et magnas vidi, sed non tam magnas quam magnas vidi in Samaria. Nec est ita disposita civitas ut magister videtur velle in historia super Ubi (?) ... Si sufficerit pulvis Samarie pugillus populi omnis qui sequitur me. Videtur enim velle quod muri civitatis et superficies montis erant equales et civitas desuper hedificata. Quod non erat, immo murus civitatis fere in pedibus montis firmus valde turribus, et interius mons paulatim surgens in altum et circumscriptus hec distinctis quasi botrus vinee gemmis positis tendentis in altum. Regia domus erat supra in monte pulcra nimis, ubi videbantur adhuc columpne innumerabiles que substentabant palatia et deambulatoria in circuitu montis, infra super regia domo et mansionibus multum in loco ubi erant forum venalium. Et adhuc fere per totum circuitum montis sunt columpne stantes marmoree hinc inde que continebant testudines platearum. Breviter nescio quid magnificencia non posset de civitate ista que ad tantum devenit miseriam ut nulla penitus sit ibi domus, sed sunt tantum vinee et orti olerum sicut voluit facere Achab rex eius iuxta palatium suum quod habuit in Samaria de vinea Naboth Ysraelite. Et iusto dei iudicio sic facta est. Situs huius urbis erat pulcer valde. Inde enim erat prospectus usque ad mare Joppe et usque ad Antipatridam et Ramathaim et per totum montem Effraym et usque Cesaream et Carmelum maris. Et habundat fontibus et ortis et omnibus bonis que requirit mundus.

De civitate Thersa et monte Dan. xxxiii

De Samaria ad duas leucas est Thersa civitas in monte sita in qua regnum prius erat quam in Samaria. De Sebaste contra austrum ad duas leucas est mons Bethel. Inde ad mediam leucam est mons Dan super civitatem Sichem ad sinistram. In quibus duobus montibus Jeroboam filius Naboth posuit duos vitulos aureos. Inter montes istos sita est Sichem civitas que Neapolis dicitur omni amenitate habundans ut vere locus deliciarum dici posset. Sed munita non est nec ullo modo muniri potest. Nec aliud restat nisi quod hostibus ab aquilone insistentibus tamen ad austrum fugiat sicut pastores.

De puteo Jacob et predio Joseph et civitate Jericho ... xxxiiii

Non longe a porta eius est puteus Jacob ubi dominus sedit fessus. Super fontem illum ad dexteram est mons Garizim ubi adhuc est antiquum phanum Jovis. Et ibi est hospitale de quo dicitur libro secundo Machabeorum. Quem etiam locum mulier dicitur intimasse quando dixit ad dominum Patres nostri in monte hoc adoraverunt. Ad sinistram autem montis Jacob ostenditur mansio Jacob et predium quod dedit Jacob Joseph filio suo in Galgalla ubi castrametati sunt filii Israel. Transito Jordane est sub monte Quarenteno ubi etiam circumcisi sunt filii Israel. Et multa alia facta sunt ibi pluribus nota. De Galgalla ad dimidiam leucam est mons Quarentana ubi jejunavit dominus Jesus xl diebus et xl noctibus et ibi temptatus est. Sub isto monte oritur et fluit fons Helisei quem de sterili fertilem et de amaro potabilem fecit dominus. De Galgalla ad unam leucam est Jericho civitas quondam nobilis, nunc ita humilis nec est vestigium quod fuerit ibi civitas.

De mari mortuo et Segor. xxxv

De Jericho sunt due leuce ad Jordanem contra orientem ubi ostenditur capella sancti

Johannis baptiste ubi Christus creditur baptizatus. Putatur tamen a non nullis Christus fuisse baptizatus iuxta Ennon et Salim non longe a Gellbe in Bethania que est supra Jordanem. De Jericho tribus leucis et duabus leucis de capella sancti Johannis contra austrum est mare mortuum, in cuius litore orientali situs est Segor in parte Arabie ubi est statua salis in quam versa est uxor Loth. Ad quam videndam multum laboravi sed dixerunt michi Sarraceni in Yericho quod distaret per unam dietam de Yericho, et erant loca per que transituri eramus multum periculosa propter leones et vermes et bestias alias. Propterea Beduini qui se madiante excubabant in locis illis agentes custodias circa camellos et dromedarios et pecora sua. Qui sunt homines omnino silvestres, numquam sub tecto sedentes, semper sub divo manentes, qui nulli parcunt sexui vel etati. Sed sunt latrones et fures crudelissimi et omne quod eis occurrit tollunt. Et dixit michi admiraldus Jerico quod viginti Sarraceni armati non possent transire secure per loca illa. Sepe etiam ut dicebat mare illud crescit ita ut operiat statuam illam totam. Et sepe videtur usque ad pectus vel usque ad genua, loco medio stans inter civitatem Segor et mare. Illi retraxerunt me et non processi. Mare illud in latitudine habet plene sex leucas, semper fumans et tenebrosum est vaporibus quasi sit caminus inferni. Multa alia dicunt de ipso mare que inclusi ipse nosco et ideo pertranseo. Magis scribitur et dicitur de ipso quam sit in rei veritate. Scire enim debes pro certo quia quod oculis vidi et multi alii mecum secure dicere possum de vapore illius maris et convallis que dicebatur: vere dici poterat illustris. A fine australi eiusdem maris que est quod est in deserto Pharan usque ad terram caphille fere per dietam dictus ita reddita est inutilis ut nec germen proferat nec gramen aliud omnino producat. Per totam longitudinem et latitudinem suam que fere ubique est quinque vel sex leucarum, nisi enim iuxta Yericho ubi palme et canne melle crescunt de fonte Helisei. O tremendum iudicium dei quod ita peccatum persequitur Sodomorum quod etiam terra in qua ita diutius penas luat incolarum. Ultra quattuor miliaria Sodomorum a dextris nichilominus et sinistris omnes montes sunt steriles ad quinque vel sex leucas. Propterea Jordanis suas aquas amisit in ipso mari sed absorbentur a terra ad unam leucam priusquam illuc veniant. Mare autem videre dicitur de pluviis et de nubibus montium Arabie et Archi... ut de terra Moab et Amon et aliarum regionum. Crescunt enim iuxta illud mare poma pulcerrima et magna que interius sunt plena favillis.

De civitate Bethel et loco ubi Jacob vidit scallam et de Luza et Delbora. xxxvi

Bethel civitas in tribu Beniamin vadens in messopotamiam ubi dormivit Jacob super nudam humum et lapidem supponens capiti suo vidit scalam celos tangentem etc. Civitatem quidem dicebant Jerosolimis fuisse factum quia eo tempore in omni terra plus Jerusalem erat civitas gloriosa. Iuxta quam est Luza civitas que est in tribu Effraim. De Bethel ad unam leucam est palma Delbore et Yezlin est Naboth vitulus sacerdotum. In tribu Beniamin unde fuit Jeremia propheta. De Yericho quattuor leucas contra occidentem in via que ducit Yerlin ad sinistrum de Jerusalem quarantena est domus seu casale ubi ille qui descendens de Jerusalem in Jericho incidit in latrones, quod et moderno tempore multis contingit. Locus ille hodie teotonice rotenburgh appellatur propter multum sanguinem ibi fusum. Est enim locus ille horribilis et periculosus valde.

De Bethania et Bethphage. xxxvii

Inde ad duas leucas contra occidentem est Bahurim in alto monte situm unde fuit Semei qui maledixit David. De Jerusalem quidem stadiis est Bethania. Sed Bethphage est in medio et transit vir in latere australi montis Oliveti habens ad dexteram montem Offensionis et vallem Gehennon. De Jerusalem quattuor leucas contra aquilonem est Sillo ubi primitus fuit tabernaculum federis multis diebus. Inde ad unam leucam est Bethoron superior ad dexteram euntibus Jerusalem iuxta viam.

De situ civitatis sancte Ierusalem et eius dispositione ... xxxvij

Ierusalem civitas dei summi domina mundi de qua dicta sunt et dicuntur gloriosa sita est in terra montuosa habens undique in circuitu eius terram fertilem et bonam preter quam contra orientem et Iordanem. Et distat a Bacharon civitate triginta sex leucas que est ipsi contra aquilonem. De Sebesten sexdecim leucas. De Nazareth triginta septem leucas. Hec fere est occidentalis sed declinat ad aquilonem. De Iericho septem leucas. Hec est ei orientalis. De Bethleem unum magnum miliare theotonicum. De Hebron octo leucas. Hec est ei australis. Sed quia que in ea facta sunt Christi sonant ecclesie universe, nostre etiam singulis christianus hec recollat devocionis omni die agens gratias redemptori qui in ea civitate nostram salutem et misericordiam operatus. Est autem Ierusalem civitas sita in declivi latere montis dupliciter videlicet ab austro et ab occidente. Ab austro quidem sita est in latere montis Sion immo in ipso monte et super ipsum. Et inde descendit eius longitudo de vertice montis Sion secundum dem contra aquilonem. Ab occidente vero monte Gyon et dependet ab ipso eius latitudo contra orientem usque ad torrentem Cedron sive vallem Iosaphath. Est autem civitas Ierusalem valde magna. Et non est verum quia aliqui dicunt eam in alio loco esse hedificatam quam fuerat tempore passionis Christi arguentes ex eo quod dominus extra portam fuerit passus. Video sic in alio loco. Ignorant enim et nesciunt quid loquuntur. Civitas enim in latitudine amplificata est. Quod nichilominus civitas antiqua in toto monte Sion in loco suo est ubi prius hedificata. Sed pauca ad modum eius magnitudinis sunt habitatores in tota civitate pro tante civitatis capacitate. Ubi enim placuerit quilibet sibi eligit mansionem eo quod plures domus vacent. Videtur michi et michi consenserunt qui mecum ibi fuerant qui noverunt quod utraque Ierusalem multum amplior sit et longior quam antiqua civitas Madeburgensis quam includit murus antiquus de sancto Georgio usque ad novam civitatem exclusive. Dispositionem vero diligentissime investigavi.

De monte Sion ... xxxviij

Erat autem mons Sion ab austro pro tota civitatis capax et longus qui ab oriente per circuitum austri usque ad occidentem ubi erat turris David ubique erat prerupta rupis vocabatur mello. Ipsa enim turris David hedificata erat in quodam colle ipsius satis eminenti. Et vorago ipsa que venit ab austro eiusdem montis ad occidentem descendit circuitum turrem ad partem eius aquilonarem gyrum eam. Et ita turris ipsa in rupe et in angulo quodam sita erat. Vorago autem que ipsam turrim circuibat et cingebat eam descendebat

ita ad partem australem montis Moria ubi nunc est porta fontis siue aquarum. Et ita erat mons Syon post ipsam uoraginem a ciuitate separatus.

De ciuitate David regis Israel. xl.

Hec erat ciuitas David. Vorago ista nunc repleta sicut tota deprehendit curiosus indagator. Ab ista uoragine longe infra turrim David ab oriente erat edificatus alius murus ciuitatis qui incipiebat in pede montis Syon in parte aquilonis et procedebat contra aquilonem cingens ciuitatem a parte illa. Et procedebat per portam Effraym et Beniamin et portam sterquilinii et portam uallis et cingebat aream templi ab occidente et continuabatur cum muro montis Syon in porta aquarum siue fontis. Situs ciuitatis sic dispositus sic dicitur est quod ab austro i. a monte Syon est eleuata et per totum suum latus occidentis et in parte orientis sic est demissa. Ita ut sordes tempore pluuie descendant per portam sterquilinii in torrentem Cedron.

De monte Moria in quo erat templum domini. xli.

Mons quoque Moria in quo erat templum domini et palacium regis demissior est. Sed non fuit sic ab antiquo quia depositus fuit mons per Romanos et demissus in torrentem Cedron cum omnibus ruinis templi et atriorum, quod adhuc palam est uidere. Area templi quadrata est et habet in longitudine et latitudine plene ad iactum unius arcus. Iuxta aream templi ad aquilonem est murus ciuitatis super quem murum cernuntur uestigia turris Hennanael siue nebulose siue Ophel et est ad heremum porte uallis ad sinistrum.

De probatica piscina [illegible] piscina meritorum et de sepulcro beatissime uirginis Marie. xlii.

Intrantibus portam uallis ad sinistrum occurrit iuxta uiam probatica piscina. A dextera tamen contra eam uia tamen intermedia est piscina grandis ualde que uocatur piscina meritorum. Hanc fecit Ezechias rex hoc modo. Obturauit superiorem fontem aquarum Gyon qui prius fluebat in piscinam sicut aqua Siloe et auertit eum subter ad occidentem turris, incidens ferro petram sicut dicitur in Ecclesiastico, et induxit aquam per medium ciuitatis in ipsam piscinam ut in obsidione haberet populus aquam ad bibendum ne possent hostes ipsum impedire. Vallis Iosaphath licet adhuc ualde sit profunda multum tamen est repleta quod palam est uidere. Sepulcrum uero beatissime uirginis Marie ut creditur tunc erat in superficie uallis ipsius nunc est subterra longe in tantum quod ecclesia beatissime uirginis Marie tamen sit ualde alta et testudinata, tamen cum ipso sepulcro penitus est sub terra. Vallis desuper tota plena. In superficie tamen uallis est hedificatum modicum quasi unius capelle, quod prius quis intrauerit, oportet per gradus [illegible] descendere ad sepulcrum.

De capella Gethsemani et loco captiuitatis domini nostri Ihesu Christi. xliii.

Iuxta hanc capellam fere ad uiginti pedes est alia capella que uocatur Gethsemani in latere montis Oliueti ad heremum rupis sub qua erant apostoli tempore captiuitatis et ostenduntur adhuc impressiones in lapide ibidem et locus captiuitatis domini nostri Ihesu Christi et impressio caluarie eius supinus in rupe et lineamenta [illegible] pillorum eius. Et in lapide alio impressio digitorum eius, quam impressionem dicitur fecisse lapidem apprehendens cum raperetur a ministris. Et est mirum ualde quod de ipso lapide nec puluis ut ita dicam ullo malleo uel alio instrumento deponi possit. Et tamen in eo ita plene patet impressio digitorum dulcissimi Ihesu ac si butireus fuisset lapis ille.

De loco sudationis Ihesu ubi sudauit sanguinem. xliiii.

Inde ad iactum lapidis contra austrum est locus ubi Ihesus orauit et sudor eius sicut gutte sanguinis decurrebant in terram. Ubi etiam similiter apparet impressio genuum et lacertorum et manuum et digitorum de quo similiter nichil deponi potest ullo instrumento uel ingenio. Inter hunc locum et Gethsemani ascendit uia que de Ierusalem ducit in montem Oliueti et Betaniam et Iordanem.

De iosaphath. de fonte siloe. de natatoriis siloe rachel demach. xlv.

De isto loco ad magnu iactu lapidis est principium iosaphat i pede motis oliueti. Et in fundo vallis est sepulcru iosaphath. Et ytra eam i pede montis sion est fons siloe i quo colliguntur aque i piscina inferior que natatoria siloe appellantur. Accedit tamen ad eandem piscinam fons ageron i ferior mittendo ei aquas situs i pede montis sion ytra agrum fullonis vbi est aque ductus de quo legitur in ysaia. A dextre uero aque ductus piscine superioris natatoria siloe ytra austru ad iactum lapidis vltra vallem e achal demach vbi est sepulta peregrinoru. Inferior vero natatoria siloe rachel demach e torrens cedron qui colligitur de superioribus partibus vsque aquillone iuxta rama et naaboth. Et longe sub sepulcro beatissime virginis marie auditur eius murmuratio sub terra descendens iuxta natatoria siloe sub monte offensionis i valle topheth siue gehenon.

De lapide zoheleth et fonte rogel et de sepultura dni nri yhu xpi. xlvi.

In valle thopheth siue gehenon est lapis zoheleth fons rogel vbi adonias ymolauit victimas volens regnare. Et sunt ibi loca pulcerrima et jardini amenissimi pp aquas que illos irrigant. Multe ecclesie sunt i yerusalem et alia loca magne deuotionis que nullo modo homo in die sufficiat ad peragrandum. Eccia sti sepulcri rotonda est, sed golgotana oblonga est. Et vtraque tegitur sub vno tecto. Spelunca sancti sepulcri habet octo pedes longitudinis et latitudinis similiter. Spelunca ante hostium sepulcri est tanfudez. Et in medio eius stat lapis qui fuerat hostio monumenti yhu adnoltus. Locus golgotha distat ab isto loco ad tre centos triginta pedes. Locus vbi fixa erat crux xpi distans a superficie terre p triginta pedes hec est i pauimento eclesie. Locus vbi inuenta fuit sancta crux distat a calvaria decem pedes. Et est inferior pauimento eclie ytra orientem viginti pedibus.

Iuxta quam parte beata virgo maria stetit sub cruce. xlvii.

Beata virgo maria non stetit sub cruce ad aquillonem vt quidam fabulantur sed contra faciem filii sui ad occidentem sed aliquantullum declinans ad austrum. Monstratur vsque hodie locus et a fidelibus veneratur vbi ipsa cum aliis mulieribus stetit.

De yerusalem et betheleem et miraculo ibi facto. xlviii.

Ierusalem ciuitas est sita in montibus altissimis. Itaque terra plane videtur arabia et terra moab et amon et montes phegor et nebo et phalga et terra tota vsque ad portam deserti. Omnis insuper montana que est circa campestria yerico sinatilita super modum et palam descendat vsque ad montem oliueti diligentius considerans omnis montis paulatim descendere vsque yericho et iordanem. Attamen mons

silo qui distat ab yerusalem quatuor leucas est altior ciuitate yerusalem et montibus et locis omnibus terre sancte. De ierusalem ad tres leucas uel plus ytra occidentem est homaus ciuitas vbi agnitus est yhus i fractione panis. De yerusalem est vna dieta vsque in ramatha vbi samuel natus fuit que etiam arimathia dicitur vnde fuit ioseph nobilis decurio. De ierusalem ad duas leucas ad austrum est betheleem sita in sinistra parte vie que ducit hebron. Prius tamen ad iactum lapidis occurrit sepulcrum rachel ad dextram venientibus de yerusalem i bethleem. Ad orientem de betheleem ad iactum quinque uel sex manus est turris est turris gregis vbi angeli apparuerunt pastoribus. Betheleem sita est i monte longo licet arto ab oriente se extendens i occidentem i eius fine orientali sub quadam rupe que erat i quodam diuersorio illuxit nobilis oriens sol iusticie yhus xps dns deus noster. Iuxta rupem autem illam ad occidentem ad quatuor leucas ad quaz pedes dependet rupis = non
illa capatior sub qua erat presepe iumentorum in quo fuerat dulcis ille yhus reclinatus. Non vidi ego aliquam nec audiui qui diceret se vidisse ecclesiam i toto orbe terrarum ita deuotam sicut bethleemitanam. Sunt enim ibi columpne pulcerrime nobilissime et magnitudinis stupende. Propterea structura eclie desuper columpne vsque ad tectum sunt. Et omnia hec facta sunt ex opere i vsuo nobilissimo et pulcerrimo et totum pauimen

tum stratum est marmore diversorum colorum et generum. Parietes ex omni parte tecti sunt lapidibus tabulis marmoreis quorum precium secundum opinionem meam extimari non potest. Incredibilia dicerem si scribi possem de cella illa. Capella enim ipsius ecclesie in qua est presepe domini tota facta est opere musivo et strata marmore. Sarraceni enim venerantur et in veneratione maxima habent ecclesiam istam pre ceteris ecclesiis sancte marie. Omnes tamen eius celle multum venerantur. Vidi in ista cella signum venerabile et merito commendandum in memoriam et laudem beatissime virginis marie.

De miraculo

Soldanus nunc mortuus videns ornamentum huius ecclesie et tabulas parietum tam preciosas mandavit eas deponi et duci in egiptum ut inde palatium suum in babillonia decoraret. Mira res accidit tamen fabris cum instrumentis accedentibus ad hoc ipso soldano adstante et vidente de sanctuario integro pariete quo in nexa eius pendente videbatur serpens magnus exivit de prima tabula qui morsum unum in medio tabule dedit et tabula per medium latitudinis pertransisum confracta est. Serpens addit ad tabulam secundam et tertiam et quartam et quintam et sic per ordinem et altitudine duorum pedum a terra usque ad centesimam nonam et decimam tabulam. Et tunc stupentibus omnibus qui aderant et ipso soldano territo et a proposito eius quod citius ab hac re non cessante serpens ... disparuit. Remansit igitur cella et remanet usque hodie sicut prius. Tabulas illas vidi et numeravi decem quarto / quarto sic divisas. Vestigia igitur tactus corporis serpentis in singulis tabulis apparent notabiliter quasi combusto quodam igne facta. Et super omne mirabile videtur quomodo serpens ille se procedere potuit pertransversum in pariete qui erat planissimus sicut vitrum.

De cella sancti Jeronimi presbiteri cardinalis ---- xlviii

Ad dexteram cellam sancti Jeronimi presbiteri cardinalis et locum sepulture et claustrum monachorum eius et locum interfectionis innocentium. Et cellam beate paule et eustochium filie sue. Et cisternam in qua stella dux magorum dicitur cecidisse.

De montibus engaddi achille et ceilla ---- L

De Bethleem ad sex leucas contra orientem sunt montes engaddi / et loca latissima latibula david super mare mortuum ubi vinee produxerunt balsamum. Item ad tres leucas contra austrum est achille ubi etiam latuit david. De Engaddi ad tres leucas et de achille ad duas est ceilla que confinia bat ysrael a philisteis. De ceilla ad sex leucas contra austrum est ziph et castelle ubi habitabant proditores david. Et ad dexteram desertum amon in quo habitabat nabal carmellus. Inter ceylam et bethleem medio loco est thecua ubi dormivit amos propheta / et ad occidentem adiacet desertum cetue. Postea sequitur mons seir et desertum magnum in quo morati sunt filii israel quadraginta annis. De Bethleem contra occidentem ad quatuor leucas est betzura villa in loco eminenti sita iuxta quam stagnum fontis duodecim vidi ab oriente arabiam totam et mare mortuum usque ad montem seyr. Et omnia loca latibulorum david. Ab occidente vero vidi mare magnum usque iope et ramatha et omnes quinque civitates philistinorum. Et ad ultimum cissera bersabee / et blace gerdaz que site sunt contra desertum sur in via egipti. De bethgar villa ad tres leucas contra austrum est hebron illa antiquissima in qua est primus homo conditus et sepultus cum coniuge sua. Et tres magni patriarche cum coniugibus suis apud quos sepultura fuit.

De agro damasceno et spelunca duplici et monte hebron et de domo Zacharie prophete patris sancti Johannis baptiste ---- li.

Ager damascenus distat de speluncha duplici ad magnum iactum lapidis ubi formatus fuit adam. In veritate terra rubea de qua de tali mecum et multi christianorum et saraceni idem faciunt et tamen modica apparet fossio in illo loco. Inde supra montem contra occidentem ad iactum duarum sagittarum est speluncha in quadam rupe / in qua adam et eva interfectionem abel filii sui luxerunt centum annis. Inde ad iactum sagitte est mons in quo sita fuit hebron nunc omnino diruptus et eversus. Contra speluncam ante duplicem que fuerat tempore christianorum sedes cathedralis nunc hodie fecerunt ibi saraceni castrum fortissimum / et illum locum paganis venerantur quia aliquem locum sub celo. In recedendo de bethleem ad duas leucas est fons abrahe in convalle mambre et therebintus sub qua comedit dominus abraam ministrante. Verum est quod antiqua therebintus vetustate consumpta est / sed de radicibus eius alia est nata de cuius fructibus et ligno de tali mecum. Et non est quercus ut quidam oppinant.

Biblioteca Nazionale Centrale Firenze Mss

Solia eorum habent modicam vel lentiscus sed fructus sicut quercus. De ierusalem ad duas leucas est domus zacharie in qua beata virgo salutauit helisabeth. Inde ad quatuor leucas in via que ducit hebron est heliscol id est vallis botri vbi exploratores tulerunt palmitem cum vua sua. Ad dexteram venientis descendit riuus in quo philippus baptizauit eunuchum ethiope.

De portis ciuitatis ierusalem .. lij.

Notandum quod iste erant et sunt hodie porte in ierusalem. Prima fuit porta dauid que erat in latere montis syon in angulo occidentis et aquilonis. Sic autem dicta fuit pro eo quod turris dauid ymminebat ibidem. Dicta etiam fuit porta piscium quia per eam fuit via de ioppe et de iospoli et mari. Dicta etiam fuit porta negotiatorum quia per eam veniebant negotiatores de ethiopia, de egypto, de philistiim, et maritima merces diuersas adducentes. Et ab ea porta procedebat via in tres partes diuisa. Vna super agrum fullonis. Et alia que erat sinistra ducebat bethleem et hebron et reliquam terram iuda. Alia descendebat ad dexteram per vallem raphaim, subtus castro bethsura quod est quinque stadiis de ierusalem. Hec porta fuit in antiquo muro et adhuc est, et adiungitur ei hodie murus partis ipsius ciuitatis que opposita fuit pro sepulcrum domini includendum. Secunda dicebatur porta vetus, et erat ista contra aquilonem in muro veteri et manserat a tempore yebuseorum. Dicta etiam erat porta iudiciaria quia ibi exercebantur iudicia. Et qui iudicati fuerant ibi per sententiam execucioni mandabantur. Non longe post portam istam crucifixus fuit dominus noster yhesus cristus. Locus etiam vbi sedit pilatus pro tribunali vsque ipsam portam erat. Huius vestigia sunt ibi adhuc manifesta. In muro vero nouo qui includit sepulcrum domini porta adhuc eodem nomine appellatur. Et ducit in sillo et bethoron et lachis, et gabaon et chariathiarim et demceps vsque in galileam.

Tercia erat porta effraym a superiori parte contra aquilonem. Per hanc erat via in montem effraim et samariam et galileam. In ista porta conueniebant qui a terra dauid veniebant, vbi factus fuit murus nouus ad includendum sepulcrum domini cum muro veteri. Ista porta nunc est sancti stephani. Quarta erat porta anguli et erat a superiori parte orientali. Quia iohathias rex ierusalem interrupit murum yerusalem a porta effraym vsque ad portam anguli quadringentis cubitis. Dicta fuit etiam porta beniamin que in anaboth et ceteras vrbes ducebat. Quinta erat porta sterquilinii a superiori parte contra austrum. Per istam portam tempore pluuie descendebant sordes ciuitatis in torrentem cedron. Et sic vltra torrentem pellebant per istam viam in desertum, quod est inter yerusalem et yericho quod nunc dicitur desertum quarantane. Sexta erat porta vallis que ducebat iosaphath et est ista a superiori parte contra austrum. Et est ad iactum lapidis a sepulcro beatissime virginis marie. Dicta fuit etiam porta gregis quia per eam ducebantur greges ymmolandi ad templum, cum hec porta uicinior erat. Et quasi adheret ipsi porte probatica piscina in qua hostie lauabantur. Huic porte adheret turris ananahel que etiam nebulosa uel ophel dicebatur. Vnde illud: Hedificabitur domino ciuitas a turre ananahel vsque ad portam anguli que est beniamin. Hanc turrim herodes magnus instaurauit et appellauit eam anthoniam ad honorem sancti anthonii. Hec porta ducit ad montem oliueti et bethaniam et iordanem. Septima erat porta aurea hec est in australi. Hec non inducebat in ciuitatem immediate, sed in templum per compendium de monte oliueti per testudinem quandam factam vltra vallem iosaphath. Et in trahanc erat porta templi speciosa. Octaua erat porta aquarum quia per eam aque importabantur de fonte siloe. Erat autem sita in angulo ciuitatis vbi mons syon et mons moria conueniunt in angulo duorum murorum, scilicet montis sion et muro qui cingebat domum regis. Ducebat autem hec porta vt dictum est ad fontem siloe et ad natatoria siloe et ad vallem gehennon et ad fontem rogel et ad ortum

regis et ad acheldemach. Non credo quod fuerint plures porte in yerusalem. Quia secundum situm ciuitatis non erant necessarie plures porte. Sed forte aliquo existis portis poterunt alio nomine nuncupari. Preterea circuitum montis sion que est illa respiciens ab aquilone orientem vsque ad portam dauid que est eidem monti sion similiter aquilonarem respiciens ab aquilone orientem. Vsque ad portam dauid que est eidem monti sion similiter aquillonaris respiciens, nulla omnino porta erat, nec esse poterat. Quia vorago qua mons cingebatur per circuitum impediuit.

De centro mundi ----- liij.

Terra Ierosolimitana in medio mundi posita est ex maiori parte montuosa ubere plena sterilis. Cui ad orientem adiacet Arabia. A meridie Egyptus. Ab occidente mare magnum. A septentrione Siria et etiam mare Cipri. Hec civitas Ierusalem antiquis temporibus fuit communis patria nationum que ad hec loca sancta causa colendi de quibusdam partibus veniebant, sicut legitur in actibus apostolorum in missione spiritus sancti. Parthi, Medi, Elamite. Nunc autem iste sunt gentes que in ipsa civitate habent domicilia et oratoria christianorum. Varie enim sunt gentes et variis sectis diverse.

Franchi sive latini

Et quarum quidam sunt Franchi qui latini verius appellantur. Homines bellicosi armis exercitati, nudi capite qui soli inter nationes utuntur lingua latina. Romane ecclesie subsunt catholici sunt. Item alii sunt.

De grecis

Greci ab ecclesia romana divisi homines astuti armis parum exercitati pillos longos portantes et errantes in fide. Precipue in eo quod dicunt spiritum sanctum non a patre et filio sed solum a patre solo procedere. Non solum fermentatum etiam sacrificant sed etiam in multis aliis errant et propriam habent literam. Item alii sunt.

De Surianis

Suriani armis inutiles ex maiori parte sicut greci barbam nutrientes sed ipsam aliquantulum castigantes. Inter latinos et grecos cultum medium et utrisque tributarii. Grecis in fide et sacramentis per omnia concordantes literam habent sarracenam in temporalibus et spiritualibus. Item alii sunt.

De Armenis

Armeni armis aliquantulum exercitati a latinis et grecis in multis discordantes. Ieiunantes tempore nativitatis sue quadragesimam. In die apparitionis Christi nativitatem celebrantes. Et multa alia contra ecclesiastica instituta facientes propriam literam habent. Inter armenos et grecos odium implacabile est. Armeni obedire ecclesie nuper promiserunt dux rex eorum a magiuntino episcopo romane sedis legato coronam accepit. Item alii sunt.

De Georgianis

Georgiani solempni pompa sanctum Georgium clementer colentes armis plurimum exercitati barbam et comam nutrientes gestantes pileos unius cubiti. Isti tamen etiam clerici coronas habent ad instar clericorum. Clerici rotundas laici vero quadratas. Fermentatum sacrificant. Fere in omnibus imitantur grecos propriam habent literam.

De Iacobinis seu Iacobitis

Item alii sunt Iacobini seu Iacobite a quodam Iacobo dicti in Nestorianam heresim depravati pessime credentes. Caldaicam literam habent.

De Nestorianis

Item alii sunt Nestoriani in fide heretica dicentes beatam virginem Mariam tantum hominem genuisse et in multis aliis errantes caldeam literam habentes.

De patriarcha Ierusalem

Propterea in patria Ierosolimitana habet patriarcham qui est pater fidei christianorum et vicarius Christi. Qui patriarcha habet sub se quatuor archiepiscopos. Scilicet unum in provincia Palestina scilicet Cesariensem. Alium in provincia Fenicia scilicet Tirensem. Tertium in provincia Galilea scilicet Nazarenum. Quartum in provincia Moabitarum scilicet Petracensem id est de Monreal.

Archiepiscopus cesariensis habet unum suffraganeum scilicet sebastenum ubi sepultus fuit sanctus johannes baptista et heliseus et abdias propheta. Archiepiscopus thirensis habet quatuor suffraganeos scilicet acconensem sidonensem beritensem et illum de ballena que est de sancti philippi. Archiepiscopus nazarenus habet unum suffraganeum scilicet latinum. Et unum grecum in monte synay. Et habet etiam episcopos nullo mediante scilicet bethleemitanum et lindensem et illum de hebron ubi sepulti sunt adam et eva et tres patriarche scilicet abraham ysaach et iacob cum uxoribus suis.

De locis religiosis ierosolimitanis. liiij.

In ecclesia dominici sepulcri sunt canonici regulares qui habent priorem sed soli patriarche obedientiam promittunt. In templo abbas est et canonici regulares. Et est sciendum quod aliud est templum domini et aliud templum milicie. Isti sunt clerici. Illi milites. In ecclesia montis syon abbas et canonici regulares. In ecclesia montis oliveti abbas est et monachi nigri. Isti exempti sunt. Et tamen sepe episcopis et patriarche assistunt et monasterio. Propterea iste sunt civitates que non habent episcopos sed sunt sub bethleem. Joppen sub canonicis dominici sepulcri. Neapolis sub abbate templi. Cayphas civitas sub cesariensi episcopo.

Hec est via a venetiis in ierusalem. lv.

Ista est via a venetiis in ierusalem per mare duo milia centum et viginti miliaria gallica usque iaf. que est prima civitas in regione [illegible]. hys tamen insulis sive civitatibus nisi ubi manentibus. Primo post venetias iacet brundusium a dextris sed videri non potest. Post hec iacet clarentia a sinistris que videri non potest. Sicilia a dextris que etiam videri non potest. Motonum a sinistris. Creta a dextris. Scio a dextris que etiam non videtur. Rodum a sinistris. Item de [illegible] itur per mare centum miliaria gallica usque limisso. De limisso itur per mare sive per terram per centum miliaria gallica usque famagostum. De famagosta vertitur per mare per centum miliaria gallica usque ad portum limisso. De hac parte itur per mare per quinquaginta miliaria gallica usque iaf. scilicet primum portum in terra sancta. De iaf sunt triginta miliaria theotonica usque rimatham civitatem. De rimatha est una dieta usque ad terram sanctam ierusalem.

Et primo intratur per portam effraim que nunc dicitur porta sancti stephani. Sic patet quod a montibus ruthinis itur per terram et per mare usque ad civitatem sanctam yerusalem per mille miliaria theotonica minus triginta miliaribus.

De locis sanctis que ostenduntur in yerusalem. lvj.

Monasterium dominici sepulcri tenet principatum in yerusalem et sub uno tecto ostenduntur hec omnia singulariter. Primo enim ostenditur sanctum sepulcrum domini. Item locus crucis christi promissionis eius. Item locus ubi crux christi in lapide fuit fixa. Item locus ubi dominus de cruce depositus fuit. Item locus ubi dominus in sindone fuit involutus. Item locus ubi dominus depositus fuit in sepulcro. Item locus ubi dominus

post resurrectionem suam apparuit marie magdalene. Item locus ubi sancta hellena crucem domini invenit. Item locus ubi dominus corona spinea coronatus fuit. Extra montem est capella ubi dominus post resurrectionem suam beate matri sue creditur apparuisse. Item ex opposito huius capelle est capella beate marie magdalene, ubi simon leprosus dominum invitasse. Item in monte syon est capella ubi iacobus maior ab herode agrippa decollatus fuit. Extra civitatem similiter in monte syon est locus ubi virgo maria obiit. Item locus ubi eadem virgo oravit. Item locus ubi grandis fuit cena tunc domini. Item sub eodem cenaculo est locus ubi dominus discipulis apparuit ianuis clausis. In fine vallis iosaphath est acheldemach hoc est ager sanguinis. Item ibi est natatoria syloe. Item ibi est capella ubi sanctus iacobus minor primam missam celebravit. Item super portam speciosam vel auream sive ferream pueri hebreorum occurrerunt domino yhesu in die palmarum clamantes osanna etc. Item ibi est locus ubi iudei beatam virginem post eius obitum deferendo prohibere conabantur. Item ibi est sepulcrum eiusdem beatissime virginis marie. Item locus ubi vestis eiusdem beatissime virginis marie decidit cum duceretur in celum. Sub monte oliveti est locus orationis yhesu. Item ibi est locus ubi apostoli fuerunt symbolum componentes. Item locus ubi dominus flevit super civitatem yerusalem. Item locus ubi

dominus suos discipulos docuit pater noster. Super montem oliveti est locus ubi maria egyptiaca sepulta fuit. Item locus ascensionis domini in celum. Intrando ad civitatem yerusalem est locus ubi sanctus stephanus fuit lapidatus. Item ibi est templum salomonis. Ibi est domus iohachim in qua nata fuit beatissima virgo maria. Prope autem hanc domum est probatica piscina. Ad introitum civitatis yerusalem est domus herodis. Item domus cayphe. Item domus anne. Item domus pillati. Que domus sunt in introitu civitatis per portam sancti stephani ad manum sinistram iuxta quam portam ad aquilonem est alia porta lapidibus obstructa, per quam dominus baiulavit crucem, et ante quam portam beatissima virgo maria suo dilectissimo filio occurrit, et vix eum cognovit nimio pre dolore. Deo gratias. Amen.

Et hec de terra sancta dicta sufficiant.

Duobus rebus constat cristus humanitate divinitate



Incipit tractatus de arbore amoris

Aspiciebam et ecce arbor in medio terre posita erat, et altitudo eius nimia. Magna arbor et fortis, cuius proceritas contingens celos, aspectus illius usque ad terminos universe terre. Folia eius pulcerrima et fructus eius nimius, et esca omnium in ea. Subtus eam habitabant animalia et bestie agri, et in ramis eius conversabantur volucres celi, et ex ea vescebatur omnis homo. Daniel iiii. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur, dicit dominus in euangelio. Arborem pravi amoris que iam dudum in animo meo radicata profecit fructus mortiferos, de scriptione arboris amoris que iam insita est orationibus plurimorum fidelium a corde meo et a cordibus meorum cupio extirpare. Nam ferrum ferro eliditur et clavus clavo. Exclamat propheta: Arborescat in medio terre etc. Que est arbor ista nisi amor dei? Amorem suum plantavit deus in medio terre volens eum usquequaque pullulare. A medio terre est qui personam non accepit. Persona sicut arbor a terra incipit, et versus celum ascendo tendit. Sic amor dei terrena deserens semper celestia petit. Unde quidam genus verum amorem describens ait: Ille solus amor probabilis est qui decorari virtutibus coadaptatur et animam de terris ad celi fastigia levat. Item arbor dicitur a robore secundum ethimologiam, et nichil robustius amore. Siquidem omnia vincit amor, et nos cedamus amori. Item de hac arbore dicitur: Diliges dominum deum tuum etc. Arbor magna. Quod magna sit probat Augustinus dicens: Quisquis vere deum diligit illius mens non est in terra sed semper tendit ad superiora. Premissum est enim: Nichil maius est amore dei. Quod fortis probat illa scriptura que dicit: Fortis est ut mors dilectio. Sed quid per folia nisi dulcia verba intelligimus. Folia huius non solum pulcra sed et medicinalia sunt. Unde Ezechiele: Erit fructus eius in cibum, et folia eius in medicamentum. Item folia eius sanitatem conferunt. Unde in libro Sapientie: Neque herba neque malagma sanabit nos, sed tuus sermo tuus domine qui sanat omnia. Sunt ergo folia huius arboris medicinalia sanativa et pulcra, et non solum pulcra sed et pulcerrima. Unde Augustinus pulcritudinem huius sic commendat: Sero te amavi pulcritudo tam antiqua et tam nova, mecum eras et tecum non eram. Vocasti, clamasti, rupisti surditatem meam; coruscasti, splenduisti, et fugasti cecitatem meam. Flagrasti et duxi spiritum et anhelo tibi. Gustavi in te esuriem et sitiem, tetigisti me et exarsi in pacem tuam. Sed si talia sunt folia, quis est fructus? Nunquid manus habet pingere quod corpus humanum non potest excogitare? Qui ait: Oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se. ¶ Quo hec arbor plantetur et excolatur viso sub brevitate de specie arboris videndum est quo in ortulo cordis humani plantetur et inseratur, quo pullulet et crescat donec fructus iam dicti habeantur. Puto enim considerande sunt in spirituali arboris augmentatione: Colonus enim primo terram eligit, secundo electam purgat, tertio arborem plantat. Sed quid est terram eligere, nisi postposita simili condictione seu corruptione animam dulcedinem compunctionis preparare? Nonne terram compunctionis dulcedinis aptari parabat qui animi terram australem et arentem habet irriguam postulabat. Terra arens est sterilior absque lacrimarum flumine. Terra irrigua dicitur post cor lacrimarum habundantia irrigatum. Nam ad hoc ut nova plantatio cito pullulet frequens irrigatio necessaria est valde. Unde in Apocalipsi: Ex utraque parte fluminis erit lignum vite. Item colonus secundo purgat terram electam. Terram purgat cordis qui malas cogitationes cordi advenientes ligone extirpat confessionis. Unde in Proverbiis: Qui abscondit scelera sua non dirigetur. Qui autem

confessus fuerit et reliquerit miseri-
cordiam consequetur. Quid est autem foveam
facere et arborem plantare, nisi per-
cutiendo et ardendo se viliorem esse
omnibus. Hic est quod propheta in libro Re-
gum iubet fossas et fossas facere.
Fossas et fossas facit qui quodcunque
promittat corde credit. Qui sic
agit non videt ventum superbie
nec pluviam vanaglorie, et tamen
alveus cordis replet aquis devotionis.

De radice arboris amoris.

His visis scilicet quomodo arbor amoris
plantetur, videamus eius radi-
cem. Sed si dixerimus huius
arboris radicem timorem. Quo amato-
rum specula et obiectiones poterimus
sustinere dicentium. Quod timor non est
in caritate. Quod forsitan non male dixe-
rint, quia aliud est timere deum ne
me puniat, aliud timere ne me deserat.
Primus est servilis et cessat. Secundus castus
et regnat. Principaliter dicunt mi-
chi resistentes. Quod ramo dome-
stico insito super silvestrem et amarum
stipitem processu temporis fiat
dulcis arbor. Et ergo dicimus quod sic
ex timore servili processu temporis pro-
creatur castus timor qui est amor dei.
Nam sicut ramus dulcis insitus
super silvestrem stipitem humorem
trahit et non amaritudinem, sic ti-
mor castus cum initium habeat a
timore servili non timorem retinet
sed amorem. Quod si verum non esset
non diceret scriptura. Radix sapientie
timor domini. Item ysaias. A timore
tuo domine concepimus et peperimus
spiritum salutis. Principaliter quod
arbor ista dulcis quod radix eius non
sit amara. Sed dulcedo fructus
radicis amaritudinem recompen-
sat. Concordant igitur quod timor
radix est.

De radicibus arboris amoris.

Post radices colla talem rap-
pellari. Contritio. Con-
fessio. Satisfactio. quarum que-
libet tripartita est. De contritione
procedunt peccati detestatio. Co-
scientie amaritudo. Satisfaciendi
propositum. Item de confessione
procedunt accusatio cordis. oris et
operis. Item de satisfactione oratio
helimosina ieiunium. In arbore quam
tibi depinxi ista lucent magis ad
oculum. Similiter aut physicos. Quot
radices arboris totidem rami. Sed
per singula exponere propter prolixitatem
omitto. Nunc autem arboris distinctio-
nes perstringimus. Sed hec sunt di-
stinctiones in illo qui ad unum tendit
Dicitur amor meus vult unum
facere cum deo et ego in ipso distinc-
tiones quero. Sed ideo res per
singula describitur ut eius maior
virtus et commoditas declaretur.

Prima distinctio arboris amoris.

Est ergo in amore prima distinc-
tio. Nobile. Nobile dixi
ut non tepescat vel tepescat
aut deficiat sed semper di-
lectum inquirit. Sicut sponsa in
canticis dilectum querit dicens
In lectulo meo per noctem quesivi
quem diligit anima mea. Amoris
dum pretius illum dormire non sinit
ideo querit. Sic zacheus amplius
yhesum querebat videre sed non po-
terat. Quare? Quia statura
pusillus erat. Et precurrens ascen-
dit in arborem. Et enim zacheus
iustificatus festinans interpretatur.
Quem ergo iste significat nisi
peccatorem noviter ad veritatis
viam conversum. Iste enim prin-
ceps publicanorum fuit et dives.
et tamen yhesum videre querebat.
Quid est principem publicanorum
esse? nisi feneratorum publice per-
cunctando conferri. Ille princeps
publicanorum existit, qui sicut per
cunctos ceteros non peior stat.
divesque erat quia peccata sua confi-
tendo revolvebat. Unde convenit
festinanter iustificari. Ne desperet
igitur anima mundi cupiditatibus ille-
cebris secularibus irretita, sed a-
moris nobile cum zacheo ascen-
dat, sciens quod pius yhesus confitenti-
bus et amantibus non solum pecca-
ta dimittit, sed etiam promissionibus
suis eis fieri promissorum dignitatem
sicut dicit augustinus. Hinc est quod zache-
us iste ad amoris nobile properans
cupiebat yhesum videre. Quid est yhesum
videre nisi ad acutum amoris per-
venire. In acuto enim cognitio con-
sistit. Sed videamus quid sequitur.
Et non poterat quia statura pu-
sillus erat id est parum in amore profe-
cerat. Precurrit igitur id est a
nobili amoris incepit. Eleganter
dicit precucurrit quia amor quiesce-
re nescit, sed extra requie inquietu-
dinem parit. Ex hac distinc-
tione duorum procedunt scilicet
Risus et. Nam per hoc nobile amo-
Suspiria. ris nobile magnum
declaratur, et sepe in anima hec duo re-
periuntur. Nam aliquando anima adhuc in
hac egipto posita, memoris scilicet et
anguste loco, eternam et trinam
percipiens dulcedinem in spiritua-
lem convertitur risum dicens. Ri-
sum michi fecit dominus et quicunque au-
dierit congaudebit michi. Quo
risu spirituali edito, a contempla-
tione illa que est ad instar puncti
in hoc execrabile exilium relabens su-
spirando dicit. Heu michi quia
incolatus meus prolongatus est.
Sicut sanctus Job capitulo xxviii ad
memoriam reducens tempus illud
ingemiscendo aiebat. Quis mi-
chi det ut sim iuxta menses pristi-
nos secundum dies in quibus deus custo-
diebat me, quando splendebat lucer-
na eius super caput meum et ad
lumen eius ambulabam in tene-
bris. Et post pauca, cum lavabam
pedes meos in butiro et petra
fundebat michi rivos olei. Ex-
posito per dictorum quid est caput
nisi mentem. Quid lucernam
nisi dicam gratiam intelligimus. Lu-
cerna ergo super caput splendet
cum divina gratia in mente refulget.
Et ad lumen eius in tenebris am-
bulabam. Cum gratia precedente
ad nobile amoris pervenimus.
Cum lavabam pedes id est motus
affectionum mearum butiro id est ubi-
pertatis. Et petra id est christi hu-
manitas effundebat id est ad effunden-
dum incitabat rivos olei id est
lacrimarum habundantiam. Rivos
dico propter ubertatem. olei propter suavi-
tatem et sanitatem quasi dixerit
et suaves sunt, sicut dicit augustinus.
Et bonum michi erat cum illis scilicet lacrimis.

Secunda distinctio arboris amoris.

Secunda distinctio arboris
amoris est incessabile. Unde
in evangelio. Oportet sine
intermissione orare. Et de
hac incessabilitate plurime sunt
auctoritates. Hec etiam producit
ex se ramos scilicet continuationem
et perseverantiam. De his duobus ra-
mis ut michi videtur ait bernardus.
Bernardus. O amor vehemens im-
petuose qui propter te aliud cogita-
re non sinis, cetera contemnatio. Fa-
stidis omnia, contemptis omnia propter
te, te contentus et perseverantia.
Item de perseverantia dicitur in lege.
Animal sine cauda non offerebant
